


I O > B A P T I S T A E
C O N F A L O N E R I I V E R O -
nensis Philofophi ac Medici confum-
matiffimi, de Vini natura, eiusq; alendi
ac medendi facultate, modis o-
mnibus abfolutiffima
disquifitio.



B A S I L E A E

1 5 3 5.

IOANNES BAPTISTA
Confalonarius, Dominico
Montisauero S.



Rogauisti saepe pro tua singulari erga me beneuolentia, iucundissime compater, ut meam in proposito de uini natura quaestione sententiam dicerem: quod quidem tu non faciebas, quò meo auxilio aut consilio arbitri ac moderatori inter nostros Medicos controuersia, quae quasi ciuili quadam discordia percreuerat: sed cum me semper singulari quadam ingenuaque obseruantia fueris profecutus, meamque doctrinam quantulacumque sit colueris, pro tua humanitate, quid sentirem magni apud te ponderis & momenti fore in animu tuum induxeras. Quis enim à teneris (ut aiunt) tuum ad bonarum literarum studia propensum animu non cognouit: quis in philosophiae aut medicinae ambiguitatibus disceptationibusque ingenij acumen & acerrimum rectissimumque iudiciu non

EPIST. DEDICATORIA.
est miratus? Ad quam uirtutis laudem
gloriamq; peruenisti, tum Latinorum
Græcorumq;, tum Arabum autorum
commentarijs & monumentis assidua
uigilantia diligentiq; studio eoluendis
& examinandis: cuius non paruam fi-
dem nonnulla ex Aristo. & Galeno per-
te in latinum uersa commentaria effice-
rent, ni tua te moraretur modestia, quo-
minus in lucem exirent. Quid igitur
in proposita quaestione sentiam, tibi in-
frequenti opusculo explicauit, quod tibi
pro mea erga te perpetua beneuo-
lentia, tuisq; in re literaria meritis de-
dicauit. Vale.

IOANNIS BAPTII

STAE CONFALONERII

Veronenfis Philosophi ac

Medici, de Vinina=

tura Lib. I.

PROOEMIUM.



VM DVOBVS è nostris

Medicis fortè de uini na=

tura contentio incidisset,

hoc quidem calefacere &

ficcare, altero uero potius

humectare asserente: altero alteri (ut

sape fit) nō cōcedente, ita inualuit con-

tentio, ut in proposita quaestione mus-

tuo consensu, præmio uictori decreto

pignoribusq; depositis iudices delege-

rint: quod in certaminibus literarū mi-

nime facièdum probat Arifot. adeoq;

per hominum aures talis controuersæ

fama percrebruit, ut nullus ferè sit uix

dum medicinæ studijs initiatus, qui se

arbitrum in hac difficultate non profi-

teatur, multiq; iam suam in scriptis sen-

tentiam adiderunt. Quibus ego adeo

sum excitatus, ut mihi tacere turpe exi-

DE VINI NATURA

Stimem, illud saepe ad memoriã Aristotelis reuocans, qui quum Isocratẽ in dicendo discipulorum gloria florere non pateretur, uersum quendam de Philosopheta paulò secius dixit: Turpe enim sibi hic ait tacere, et barbaros pati dicere, ille autem Isocratẽ. Ego autem cum tot aliorum scripta mihi quotidie legenda offerantur, nunquã ne reponã et æquo animo taceam? Non patiar profectò, neq; cõmittam ut si et ego ex meis laboribus aliquid ad hominum utilitatẽ elucubrare possim, desidia aut negligentia cessasse uidear. Neque enim propositæ rei studium tenuè aut negligendũ, quoniam de re sit tam uulgata tamq; usitata ac familiarĩ, cum potius illud nostrã indagationem magis debeat excitare. Ea enim à nobis perdiscenda magis sunt, magisq; obseruanda, quibus cum quorundianus usus et cõsuetudo, quippe que ignorata damnũ possint inferre, quàm quæ magis rara & præclara nihil nobis deseruiunt. Et certe adeò frequens nobis cum uino est usus, ut eo neglecto nos ipsos

LIBER PRIMVS. 74

nos ipsos propè negligere uideamur: suntq; eius opera & effectus in nobis adeò uarij oppositiq;, ut nemo sit qui eos cõtemplatus non miretur, & inquisitionis studio nõ accendatur. Ut enim ab uno ordine rem, ac deinde reliqua prosequar, uinum morem ac gaudium, silentium & loquacitatẽ, mentis hebetudinem atq; acumen, pinguedinem ac maciem, sanitatem & ægritudinem, deniq; uitã ac mortẽ affert. Quæ non tam ob uarietatẽ spectanda sunt, quàm mirãda, quod tot affectus diuersis mortalibus ab eodẽ uino aliquando proueniant. Quid igitur mirũ cum tot contrariorum sit causa, si etiam contrariarum de seipso opinionũ sit autor? & alij frigidũ, alij calidum, alij humidum, alij siccum arbitrentur, ita ut eius naturam nõ facile sit inuestigare. Cumq; tot uaria uinorum genera, tot saporès, tot sese offerant facultates, maior adhuc in eius perquirẽda natura suboritur difficultas, qua scilicet methodo, qua uedoctrinae uia nobis incedendum sit: & an

DE VINI NATURA

quampiã eius speciem definiendam eligere debeamus, ex cuius notione aliã innoscant: an potius uno nomine tota eius sit determinanda natura. Obseruandum etiam erit, ut quę de uino per naturalia principia demonstrabuntur, ab his quę in arte medēdi sunt obseruata, non dissentiant, imò per illa experientis confirmentur ac roborentur.

Vinorum plurima esse genera & proprietates. Cap. I.

Vinorũ plurima & ferè infinita esse genera, sicut & uitium, nemo est qui non fateatur, cum non solum regionum & locorum diuersitate, sed agrorum ferè numero multiplicentur, nullaq; regio sit quę certa sibi uinorum genera non præscribat, ut ipsa uinorũ nomina attestantur, Sabinum, Rhetinũ, Lesbium, Coum, Falernum &c. Quin & in eadem regione ex situ locorũ, & terrarum proprietate ualde euariãt: cuius rei nos ipsi iudices, tũ ex gustu, tum ex affectibus, quos in nobis sentimus. Nam

LIBER PRIMVS.

Nam alia duri & asperi aut amarescentis saporis, alia suauis, grati & dulcis. Sunt alia austeri, acris, alia pontici, alia inspidi aquosiq; cum quibus saporum generibus, tot gustus differētiã et proprietates percipit, ut lingua sibĩ ipsi in significandis sufficere non ualeat. Nec minus in odore & colore q̃ in sapore euariant. Præter autem dictas saporum differētiã, quędam uina sunt quę nostrum corpus ulla sensibili qualitate non immutant, alia supercalefaciunt, alia refrigerãt & humesciant, alia sitim & siccitatem inducunt. Nec uero itãta in uinis diuersitas est, quã aut uisus, aut olfactus, aut gustus discernat, sed etiam quãdã occultã in ipsis latent proprietates, quę experientia ipsa mortales docuit. Ait Plinius, uinum in Arcadia fieri quod foecunditatē foeminis importet, uiris rabiem. Quodã alio genere partum abigi, alio somnũ cõciliari, alio fugari. Quin apud Thafios uinum esse theriace, cuius & uinũ & uua contra serpentum ictus medetur. Esse

DE VINI NATURA

quoque uinum quoddam thuris odore, ex quo dijs prolibant. Habet Aegyptus uinam praedulcem quae aluum soluat: Lybia contra quae solutam firmat. Sunt & quaedam uina quae illico caput aut aggrauent, aut dolore afficiant: alia quae dolorem aut tollant, aut sobrietatem adducant.

Non posse medicum ex proprijs principijs communem in omnibus uinis naturam inuestigare, & ex ea omnium uini propriorum causam assignare. Cap. II.

HAec autem percipere uolui, ut cum tot uinorum proprietates & opera appareant, si ad unam communem formam & rationem redigi possint, inuestigemus: & an medicus per suae artis facultatem talis speciem suae idem perquirere possit, scilicet an una sit in omnibus uinis communis natura, in qua tot diuersa genera conciliantur, perque unam rationem demonstretur tot diuersos ab ipso effectus prouenire, uel potius medicina ad tantum se extendere non ualeat, ut hanc in omnibus uinis naturam contempletur, sed

LIBER PRIMVS.

De sed potius hoc naturalis philosophi munus sit, uel superioris artificis. Cui enim medicinae subiectum sit corpus humanum sanabile, quod quidem subiectum medicus supponit, & proprietates illi merito talis sanabilitatis inexistentes considerat, modoque sibi concessio demonstrat, apparet medicum non posse sua auctoritate per causas inuestigare, omnibus uinorum generibus communem inexistentem naturam, quippe quae ad sanandi rationem nihil conferat: alioqui si hoc efficere posset, naturalis philosophia superuacua foret. Si quas enim medicus con similes inuestigationes facit, eas scito non suas, sed naturalis esse philosophi, qui uniuersales rerum sensibiliu temporaturas, operaque per uniuersales primarum qualitatum causas contemplatur. Medicus uero quum uel ad sanitatem tuendam uel recuperandam solum spectet, eo modo de uinorum generibus considerabit, quomodo aut sanitatem facit, aut destruit. Et quoniam sanitas in humorum aequalitate consistit, et medicus

est artifex sensatus, quod uinum uidebit infrigidata calefacere, proculdubio calidum iudicabit: quod uero uentriculi superantē humiditatē exiccare, siccū: & cōtrā, si quod biliosus humoribus male affectum corpus à tenui & paucifero uino humectari ac refrigerari obseruauerit, tale profecto uini genus frigidū & humidū nominabit. Quod uero frige facta & exiccata (ut sunt senum & melancholicorū corpora) calefacere & humectare, hoc proculdubio calidæ & humidæ naturæ esse dicet. Nec cōmunem uini naturā, sed huius talisq; saporis obseruabit, quam sana ratio experius fuerit. Neq; enim aliter de uinorum generibus potest enunciare, ac eorū naturā & uim respectu hominis uel temperati uel male affecti experimēto comprobabit. Cōsimiliq; ratione si quod uinum nulla iniuria aut læsione corpus nostrū recreare, & facile restaurare animaduuerit, sine ulla ambiguitate esse conueniens alimentum asseuerabit, ac iuxta hominū naturas illo pro alimentis
to uti

to uti non uerebitur. Medicus enim cū sit artifex sensatus & coniecturalis, ea etiam quæ ab alijs artificibus secus acciperentur, suo modo cōsiderat. Sic enim anni tempora, nō sicuti astrologus, sed iuxta sensilem à corporibus nostris temperaturā dī iudicat. Itaq; si æstas autumnalis, autumnales quoq; ægritudines expectandas pronunciat, uerq; hyemale aliquando nominat. Cōsiderat etiam mediam inter sanum & ægrum dispositionem, quæ tamen à naturali posse dari negatur: licetq; à naturali diceretur corpora in continua esse transmutatione, quodq; nō eadem est diluculo quæ uespere fuit sanitas, quia tamen nihil hæc ad sanitatē aut ægritudinē insensibilis facit transmutatio, ideo non ex re medici est de ea sollicitum esse. Multa alia in hanc sententiam adduci possent, sed hæc intantum fatis erunt, in quantum aliquam faciant fidem, Medicū uarios uini effectus experientē non posse unica de illis ratione sententiam proferre. Quod cum ita se habeat, quī fieri po-

Neutralitas corporis apud philo-
sophos non
admittitur.

DE VINI NATURA

terit ut unica methodo, aut doctrinae uia, unicā in omnibus uinis naturam possit indagari?

Non cōuenienter illos uini naturā inuestigare, qui ex uini meraci & potentis determinata natura reliquas species ex illius definitione cognitas arbitratur. Cap. III.

FRiuolum enim est, quod quidam Aristotelis autoritate se munientes dicunt, respiciendum esse ad id quod in eo genere optime constitutum est. In omni enim genere aliquid unum esse, in quo ratio generis optime se habet, quodque regula est & mensura omnium aliorum. Hoc autem in uini genere esse, uinum meracum & potentissimum. Si enim hoc fiat, oportebit medicum de una tantum uini specie determinare, ex cuius cognitione reliquæ cognoscantur, & omnia consequenter uina huius primæ speciei natura participare. Quorum utrunque est manifeste falsum, quum Hippocratem & Galenum quotidie legamus de diuersis

LIBER PRIMVS. 118

uersis uinorum generibus differentes, illisque diuersas naturas, facultates, utilitatesque attribuere. Insuper opus erit, nullum esse uinum, quod non calefaciat & exiccet, quum tamen quædam uina facultate frigida & humida sint, idemque isti concedant. Quid, quod talis definiendi methodus, neque est me dico conueniens, neque usitatus? Non enim res per analogiam ad aliquod primum cōsiderat, sicut primum Philosophus aut naturalis, sed in ordine ad efficiendam sanitatem. Vel si optimum aliquid quod cōsiderat, ut hominē temperatum, nō ob id desistit quin et omne aliud temperaturæ genus adsciscat. Atqui uini naturā uenantes hoc in recto inuestigationis tramite saltem sistere poterāt, scilicet ut nō extremā uini speciem, uinum inquam uinosum & potentissimum, sibi pro omnium uinorum metro et cognoscenda natura proponerēt, sed temperatum, quod medici in hominum cognoscendis temperaturis, non extremā, sed temperatissimā sibi proponūt & prosequuntur, ex

DE VINI NATURA

qua sicuti metro, aliæ cognoscantur ac mensurentur. Itaque sicuti mediam hominis temperaturam, perfectam dicimus, optimāq; & aliarum mensurā, non autem in extremo constitutā: ita uinum summe temperatū perfectū & optimum dicemus, & aliorum mensuram, & non in uinositate extremum: et conuenienti mehercle ratione, homini enim temperato, temperatū conuenit alimentū. Quam ob rem patet, nō esse secundum rationē medici, eo modo uini naturam inuestigandā, ut uino potentissimo accepto, eiusq; perpenſa natura, ita de reliquis omnibus sit sentiendum. Neq; uero talis de rerum naturis decernendi methodus est naturalis. Nam si in huiusmodi rebus uniuersalibus modum philosophandi Aristorelis inspexerimus, apparebit nunquā eo modo aut uia processisse, ut oprimo solum alicuius generis definito, reliqua omitteret, imò quantum fieri potuit in huiusmodi rebus uniuersalibus studuit quippiā inuenire, quod modo quodā & certa

*Temperata
tis temperata
ta commo-
dant.*

LIBER PRIMVS.

79

& certa proportione sub tali cōmunire contentis conueniret: ut fecit in tertio physica auscultationis in motu definito, cum dixit actū esse imperfectum siue entelechiam, in cuius inuentione summe admodum est gloriatus. Conſimiliq; ratione animā communi definitione explicauit, & tali quidē quæ nulli parti seorsum, omnibus autē suo modo coaptaretur, cum tamen si satis esset id quod optimum est in genere definire, de solo motu circulari, solaq; anima intellectiua determinandum fuisset. Demum nulla perfecte de re quæpiam scientia haberi dicitur, nisi unaquæq; species propria & indiuisibili definitione determinetur. Quæ autem generum aut specierum uini erit cognitio, & medicinæ usui accommodata, si solum uinum meracum cognoscatur?

Non esse de uino ita disputandum, ceu ueram generis naturam habeat, uerasq; sub se species continet. Cap. V.

Quoniam uero non eius est medicus ualoris, ut per propria medicab

DE VINI NATURA

ciñæ principia, naturam in tot generibus diversis fusam perquirere possit, atque in unam formam unire: uidentur si quis modus aut uia sit, per quam sciencia naturali, istud explorare possimus. Vbi enim quid super hac re Philosophus naturalis sentiat scrutati fuerimus, mox etiam quæ medicorum sunt explanabimus. Licet enim physiologus ac medicus magnam adeo inier se habeant affinitatem, ut mutua sibi nuicem opera inseruiant, ita tamen sese habent, ut quæ inconuenientia ad naturalem sequuntur, eadem & medicum: non tamen recipere, quoniã medicina quasi ex additione se habet ad naturalem, sicuti naturalis ad mathematicam. Quapropter multa à medicis accipiuntur, quæ philosophus naturalis respueret, ut retro fuit declaratum. Cum uero aliquam comunitatem naturam in uinorum generibus inquirimus, supponendum est, non eam esse in huiusmodi rebus, in uino inquam, et aliorum liquorum aut saporum comsimilibus generibus naturam unitatem

LIBER PRIMVS. *No*
perfectiõne ue, sicuti in alijs plantarum aut animalium generibus. Neque enim uinum comsimile habet perfectiõnem, tum quoniã non in se perfecta quada est species, sed quaedam uitis particula: tum quod partum à natura, partum ab arte effectum. Vinum enim succus est carnis quæ circa fructum uitis existit, de sua sede, hominum industria & diligentia remotum expressumque, & ad suos usus reconditum. Alium autem quæ aliorum partes existunt & aliquo modo arte aut hominum industria elaborata, non sunt uera genera aut species, ut Socrates in Parmenide asseruit, ubi dicit: Nunquid speciem hominis seorsum à nobis, et cæteris eiusdem generis, et ignis etiam & aquæ speciem? Sapenumero (inquit Socrates) in hac sum ambiguitate uersatus, utrum de his perinde ut de superioribus dicendum sit, an secus. Vtrum de his etiam dubitasti? Socrates, quæ ridicula fortè quis putet, sicut de pilis, luto ue & macula et alijs ignobilissimis rebus atque uilissimis? Num ambigis utrum

DE VINI NATURA

ponēda sit horum cuiusq; separata species, aliud quiddā ab illis existēs, uel eorum quæ nos pertractamus, siue non? Nullo pacto, inquit Socrates: sed hæc quæ uidemus, hæc et esse. Speciem uero quandā illorum esse putare fortè nimis ridiculum est. Quam Platonis sententiā Aristot. in duodecimo philosophiæ libro laudauit, cum dixit: Propter quod nō male Plato dixit, quod species eorum sunt quæ natura sunt. Siquidē species sunt aliæ ab his, ut sunt ignis, caro, caput. Cuncta nāq; materia sunt, et maxime eius substantiæ, quæ est ultima.

Proponitur ueræ uini nature inuestigandi methodus, & commune quoddam uini nature adducitur. Cap. V.

Non igitur existimandum est uina inter se uere specie diuersa esse, aut aliquā ueram generis naturā habere, sed potius quandā generis similitudinem, seu modū ad uarias & ferè infinitas species obtinere. Volentes igitur id quod in omnibus commune est definire, regula Aristotelis in secundo posteriorum

LIBER PRIMVS.

Nil riorum utemur, ubi artem tradit generis naturam definiendi, quæ regula inferuire potest non solum ueris generibus, sed etiam his determinandis, quæ consimilem alicui generi naturam reuinent. Si quis enim, inquit, lineam uelit definire, in species prius respiciat. Natura enim generis in speciebus seruat & continetur. Cōsideret igitur, inquit, lineam rectam, obliquā, uel circularē, quibus omnibus cum hoc inesse inuenit quod sint longitudo sine latitudine, & in genere quantitatis contineri, facile utique asseuerabit, lineam esse quantitātē cum longitudine sine latitudine. Idem nobis in generibus uinum est faciendū, ut primum examine mus si quæ cōmunia in omnium uinorum generibus reperiantur, moxq; ex illis cōmunem uini naturā definire experiamur. Ac primū quidem manifestū est, quod licet in uinis diuersi reperiantur sapor, scilicet acerbus, dulcis, insipidus, austerus, omnibus tamen cōmune esse odorem quendā inebriantē, saporēq;

b ;

DE VINI NATURA

vinosum, qui sui est generis proprius, ad cuius similitudinem & aliquos fructus, ut mora, & terrā quāpiam, uinosa dicimus, ut est Theophrasti sententia. Atque hic odor saporque sunt, per quos aliquam unam naturam, in omnibus uini generibus fusam esse, et ab unius naturae planta provenire, possumus arguere, licet per sapes aliasque tum primas, tum secundas qualitates, infinitis ferè modis uariari contingeret.

Aliud magis commune uini generibus adductur. Cap. VI.

Aliud omnibus uinorum generibus cōmune, sed minus propriū est, esse actu humida seu liquida. Nullū enim ueri uini genus est quod sit proprio termino terminatum, aut quod in sui substantia inditam nō habeat humiditatem. Quapropter Aristot. Meteor. quarto, ea enumerās quæ aut à calido, aut à frigido exiccantur, dicit aut aquā aut aquæ speciē esse, et aut habere aquā connaturalem, aut superinductā. quæ exponens inquit: Dico autē superinductam,

LIBER PRIMVS. *¶* Etiam uelut in lana, connaturalē autem uelut in lacte, aquæ autem species, quæ talia, uinum, urina, serum, & totaliter quęcunq; nullam aut paruā habent hypostasim. Aquæ autem speciē, uinum & alia consimilia appellat, quoniā quū ad generationē eorum, aqua per principium passiuū concurrat, fieri non potest quin per se & sui naturā, non sint à prædominio humida & aquea. Cū igitur talis naturæ uinum existat, non mirum si non secus ac aqua iuxta diuersas terrarū qualitates et situs, diuersos sapes contrahere possit, cum neque merito uinositatis, quæ in omnibus uini saporibus sentitur, neque humiditatis, impediat. Sicut igitur diuersas aquarū species, iuxta diuersas à terris, per quas colantur aut unde scaturiūt, uirtutes esse dicimus, (aliæ enim aluminosæ, aliæ amaræ, aliæ sulphureæ, alię salis, alię unctuosæ, aut asphaltosæ percipiūtur) ita diuersa uinorū genera, iuxta diuersum à terra in uite decoctum humorē proveniūt. Habet enim ex sui natura uitis,

ut multum ad sese humorē è terra exurgat et emulgeat. Vt enim ait Theophrastus, vitis plurimam desiderat aquam, eo quod in suo fructu humoris plurimum habeat, & imbribus certe ut sui humoris maxime resistere potest, ob idque suum fructū serò perficit. Nam ut idem Lib. 11. est autor, serò autem fructus perficitur quosdā, multis de causis evenit (ut antiā diximus,) quæ enim natura humidæ sunt, frigiditatē uehementiorē desiderāt, ceu uitis, sic enim melius coquit.

Vinum licet aquicum, aliquid tamen terre commixturābere: quod autem plus humoris quàm sicci in se cōtineat, tum Galeni experimēto, tum ex cōdensatione monstratur. Cap. VII.

AT uero quoniā uinū saporosum existit, necesse est mixtum esse, et aliquid terræ in se continere. Est enim sapor partis siccæ per humorē ex uiculis percolatio. Quapropter indagandum adhuc, ne fortē plus particularū terræ quæ in se comprehendat. At quidē quod plus aquæ quæ terræ ad eius cōcurrat generationē, oculata fide nos

cogno-

Scognoscere docet Galenus, miscēdo æqualem uel terræ siccæ, uel cineris cum aqua portionē. Sic enim æqualē humidū cum sicco temperaturam inspiciens, etiā quæ in humiditate aut siccitate exuperant, discernes. Nemini autē dubiū unamquamque uini speciem inspicienti, quin potius partes humidæ exuperare quàm siccæ appareāt. Quod etiā ex naturæ operibus non difficile erit demonstrare. Aristo. enim Meteo. quarto. corporum similarium differentias quo ad uictoriā in eis aquæ uel terræ nos cognoscere docet ex affectibus, in his duobus corporibus passuis à calido aut frigido impressis. Horum autem sunt, ut concretio siue coagulatio, liquatio siue diffusio, exhalatio, euaporatio, & condensatio siue inspissatio. Est autem cōdensationis partium siccarum inter se per humoris rem facessentē coactio siue unio. Quoniam igitur quæ aquæ solum sunt corpora, hæc utique crassescere non possunt, cum terrestri careāt sicco per quod ipsa inspissatio fit, oportet quæ inspissari de-

DE VINI NATURA

bent, ut mixta ex aqua & terra existāt. Quod si terra aquæ præualuerit, huiusmodi corpora non à calido crassescere possunt, sed coagulari durari uelut lateres, sales, nitrum : hæc enim magis terrea: quæ autē à calido ingrossantur, magis aquea. Vinum autē à calore spissescere manifestum est, cum succus ipse in uuis maturescit. Tum enim calor sua concoctione ut aquosum humorem domet, ac mitescere faciat, non cessat in dies sicco humidum commiscere, donec debitam crassitatem et perfectionem in eo succo fuerit consecutus. Nam ut ait Aristo. quæ maturescunt, ex spumosis diluta & aquea, ex aqueis terrena coagmentantur, et generatim omnia maturitatem consecuta ex tenuibus crassiora redduntur. Eadem in calcatis maceratisque caloris functionio apparet. Nam ubi in uasis reposita effervescent musta, quæ prius turbida & terrea cum aliena quadam humiditate apparebāt, absoluta ebullitione, clara, unita, coalescentisque cum uino suo corpore saporis percipiuntur. Similiter postquam

vinum

LIBER PRIMVS. 14

vinum absolutum & perfectam naturam acquisiuit, et in uasis fuerit recedendum, adhuc crassescere, si eius ferat natura, non desistit, scilicet partibus tenuioribus à proprio calore uel ab aëre ambiente exhaustis et resolutis. Ex quibus innotescere potest, in uino humida magis quam sicca præualere. Quæ enim à calido inspissata fuere, talis natura existunt.

Monstratur uinum esse à prædominio humidum ex coagulatione & euaporatione. Cap. VIII.

Idem ex uini coagulatione demonstrari potest. Est autem coagulatio siue concretio, per partium humidarum ex-

4. Metro.

pressionem quædam uel à calido uel à frigido exiccatio, uel concretio: est aquæ consistentia, aut aquæ & terræ, facta uel à frigido uel à calido & sicco. Ut autem ait Aristo. quæcumque non ingrossantur à frigido, sed coagulantur, aquea sunt magis, uelut uinum, urina, acetum, & lixiuuum, & serum. Hæc autem à uehementi frigore coagulantur aut congelantur. Sic enim apud Scythiæ gentes ubi continuo gelu pruinaque arua rigescent, uinum

DE VININATVRA

gelu durefcere Poëta fignificat, cū dicit:

Trahuntq; fecuribus humida uina,

Et totæ folidam in glaciem uertere lacune.

Quod autem prædicta, aquæ effe fpecies Arifto. cōftanter exiftimauerit, etiã ex eo patere poteft, quod nō folum eis attribuit à frigido coagulari, fed etiam quæ à calido et fcco coagulata funt diffoluere et liquefacere, ubi dicit: Nitrū autē & fales folubilia humido, nō omnia autem fed frigido, propter quod ab aqua & quæcunq; aquæ fpecies liquefcunt. Quæ uerba Alexāder exponēs, ad ea Ariftotelis retro dicta uerba fe refert, ubi aquæ fpecies enumerans dixerat: Aquæ autem fpecies quæ talia, uinum, urina, ferum. At uero ex alio etiã uincere in uino aqueam humiditatem demonftrat Ariftot. quoniam euaporat, & quando uinum iam perfectū, & quando mustū decoquitur, ficut quando fapam facimus. Quod enim uini uapor aqua fit, patet, quoniã uapor cōftat in aquam fi quis uelit colligere, quod et euaporationis definitio tradita ab Ariftot.

LIBER PRIMVS. *¶* 15

flot. indicat. Eft enim uapor à calido uapor. uftiuo in aërem & fpiritū ex humido madefactiua fegregatio. Hoc autē optime uini naturæ congruit. Habet enim multum cum humido cōmixtum fpiritum, ut eius fuma declarat.

¶ Soluuntur duæ dubitationes quæ difficultatem facere uidentur contra duas rationes paulò ante adductas, alteram fcilicet quod uinum craffeſcit à calido, alteram uero quod ab eodem euaporat. Cap. I X.

Sed contra ea quæ dicta fuere, nonnulla Ariftotelis uerba difficultatē facere uidentur, ubi dicit: Vinū quoddam coagulatur & hepfeſim patitur uelut muſtum. Abſcedit autem ab omnibus talibus dum exiccātur, aqua. Signū autem quod aqua. Vapor enim cōftat in aquā, fi quis uelit colligere. Quā difficultatē fic exponit & diſſoluit Alexāder: Intelligit autem, inquit, per elixari, hoc eſt inſpiſſari. Dicitum autē fuerat, coagulari quidē effe eorum corporū in quibus, plus terræ dominaſt quàm aquæ: craffeſcere autē in quibus plus humidū. Videbitur autem propter hoc dicere,

quoddam uinum plus terrae habere quam aqua: hoc enim coagulabile. At qui dixit uinum aquae speciem esse: an non simpliciter coagulari, signum est terrae habere plus quam aquae: sed ab igne coagulari, quoniam & a frigido aqua coagulatur. Sic autem & coagulabile uinum a frigido coagulatur. Mustum autem elixatum condensatur aqua non crassescite, quoniam non adhuc purum & expurgatum uinum sit, sed adhuc indigestum. Mustum autem esse eiusmodi, scilicet plus calidi & terrae in se, nec uini rationem habere, infra etiam confirmat, enumerans quae a frigido sunt incoagulabilia, dicens incoagulabilia, quaecumque aut non habent humiditatem aquosam aut non aquae sunt, sed plus calidi & terrae, puta mel & mustum: uelut feruentia enim sunt, mel quidem ob innatam caliditatem, mustum autem quod adhuc uinum imperfectum sit, sed ut convenienter perfectionem acquirat, adhuc per ebullitionem effervescat. Ex quibus patet stabilem Aristotelis & Alexandri sententiam esse, Vinum aquae speciem

LIBER PRIMVS. 16
speciem esse, & a calido crassescere seu compactionem recipere. Quod si alia quod uini genus a calido coaguletur, ut de musco arcadico dicitur, id non uere uinum esse, sed a quo uoce dici, quoniam plus terrae in eo existat. Altera difficultas est, nam suffitus quem uinum dulce de se exhalare uidetur, dubitare facit ne forte humidum in uino non superet quod ex euaporatione arguebatur. Suffitus enim quem ex uino dulci fieri ait Aristoteles, uaporationi uinosae penitus aduersari uidetur: neque enim sicut illa, spiritum generat, & madefacit, immo exiccat: est enim suffitus communis siccissimi. et humidi aeris excretio ab urente facta calore: idcirco non madefacit, sed potius colore inficit: plus enim siccis terrae quam humidis in eo praevalet: talisque exhalatio potius fumum quam uaporis nomen meretur. At quae sine igne, sui natura sunt olere apta, procedente tempore in aerem reuocantur & excernuntur, & alia euanescentia sicca plane redduntur, alia terra, ut in floribus pomisque quibus

būsdam, & certis oleis ac liquoribus ap-
 paret. Hæc autem excretio à duabus su-
 perioribus differt, quod neq; madefacit
 aut in flatū uertatur, neq; sicut fumus
 coloret. Axungia autem, aut pingue-
 dinis, aut olei, dum igne efferveſcit ni-
 dor, non sub aqua euaporatione, sed
 fumida potius, & sicca continetur: ad
 quam uini prædulcis halitus reducitur,
 propter quandā sui pinguedinē, & ne-
 ſcio quid oleaginosum. Tantū autem
 abest, ut huiusmodi uinum euapora-
 tionem patiat, ut potius flammā in se
 concipiat, et edat sicuti oleū: etenim ea-
 dem quæ oleum præstat, quandoquidē
 neq; à frigore cogitur, & uritur. Qua-
 propter dicendū erit, aut non omne ui-
 num aquæ speciem esse, aut prædulce
 uinum sub uini non comprehendit na-
 tura. Cui obiectioni respondet Philoso-
 phus, cōcedens potius uinū dulce sub
 uini non comprehendī natura, quā
 uinum aquæ non esse speciē, & humi-
 dum halitum nō spirare. Quod autem
 uinū non sit, ex eo asserit, quoniā succū
 uinosum

uinosum nō retinet, neq; odorē, quem
 saporē odoremq;, sui generis uini pro-
 prium superius diximus: amplius nō so-
 lum sapore, sed neq; etiam opere est ui-
 num. Quodlibet enim uini genus inebriat,
 id est, uaporē uinosum exhalat,
 qui caput replere, & calefacere possit.
 Quod si aliqua uina adeò aquosa, et de-
 bilia sint, ut non posse inebriare uideā-
 tur, nihil istud refert: satis em̄ est quod
 sui proportionē eius naturæ uaporem
 emittant, qui ei respondeat, per quem
 ebrietas solet provenire. Aliqui enim
 sunt quorū caput uel à talium uinorū
 odore tentaretur, uel si in parua quan-
 titate caput non aggrauauerit, illud in
 maiori certe efficiet. At prædulce uinū
 non inebriat, idcirco neq; uini naturā
 retinere idē Aristot. in Prob. est autor. *sect. iij. prob. 27.*
 Quærit enim cur uini dulcis, quod sua-
 uis est, ebriosum neminē esse arbitra-
 mur: an quod uinū dulce nullū saporē
 rem obtineat propriū uini, sed alienum
 penitus reddit: Igit̄ dulcis rei, nō uini
 auidus est appellandus, qui uini dulcis

DE VINI NATURA

teneretur desiderio. Cur autem non inebrietur causam reddit, quia uinum dulce lenes ac lentum est, itaque foramina obfascit atque intersepat: austerum contra exasperans rigidum est. Facilem item ascensum calori hoc praestat, dulce autem abstrusum foraminum calorem arcet ac inhiabet. Vinolentiam uero parte coalescens superna oriri, dictum iam est. Adde etiam quod uinum dulce inodorum, austerum autem odoratum est. Odor autem omnis caput tenet, & ingratat. Inflammari autem huiusmodi uinum ideo potest, quoniam tenuem quandam in se humiditatem à frigido incoagulabilem conueniat, & sua unctuositate & uiscositate oleagine similem, ob quam & sua parua exhalatione famulam adere potest. Paruam autem ab ipso fieri exhalationem sic Alexander exposuit: hoc est, non quamplurimum diffusam: ob idque flammam fieri ipsum exhalans, ignita & inflammata propter densitatem exhalatione. Ex quibus forte aliquis Plinium in errore esse suspicabitur, qui ex uinis solum Falernum

Lib. 14.

cap. 6.

LIBER PRIMVS.

flamma accendi dixerit: nisi quis forte dicat hoc pro dulce uinum apud Aristotelem a quo uoce uinum appellari, Falernum autem inter uina enumerari. Sed utcumque res sit, quaecumque uina sui exhalatione flammam edunt, id non propter uinositatem illis accidere, sed propter quandam oleaginosum et unctuosum humorem dicendum est. Per uinum autem dulce crediderim Aristotelem non intelligere ea uini genera, quae simul cum austeritate, aut alio sapore commistam habent dulcedinem: sed quae syncere ut mel sunt dulcia, cum quadam uiscositate, & tenui unctuositate, quod forte ex uuis passis facitatur: & anrequam per naturalem calorem perfectam uini naturam acquirat, arte in sua prima dulcedine praefertur. Sic enim multa factitia uina ad hominum uoluptatem sunt excogitata.

Insertur uniuersalis eorum, quae hucusque dicta fuerunt conclusio, & ex partibus uinum componentibus

ex Galeni etiam sententia humiditas separare demonstratur. Cap. X.

DE VINI NATURA

Quoniam igitur dictis affectibus à calido & frigido, in humido & sicco impressis, Aristoteles regulam haberi vult, per quam cognoscamus quod in unoquoque simili misto elementum prædominetur, terræ ne, an aqua, & utrum calidum vel frigidum, humidum vel siccum, quoniam vinum à calido ingratum, & evaporat, à frigido autem coagulatur: manifestum, humidam in eo & aquam prædominari naturam: terram vero & siccam superari, non quidem indivisibili mensura, sed aliquando magis, aliquando minus, prout plus vel minus terræ commiseri contingit: ut ex fece, reliquisque eius excrementis vini naturam integranibus potest apparere. Nam si partes vini constituentes diligenter considerare volueris, aquam omnibus prævalere manifeste deprehendes. Vna enim ex eius excrementis est fex quæ terrenæ portioni attestatur, paucaque respectu aquæ admodum existit. Præter eam est spuma, quæ spumofam caliditatem humiditati mixtæ significat.

Hæc

LIBER PRIMVS: *M*

Hæc autem merito partium terrestrium quæ lentorem in spuma ebulliente faciebant, absoluta ebullitione descendit, & cum fece residet. Est autem tertium excrementum aqueum, totum (ut inquit Galenus) *4. de simp.* vino permixtum, cuius gratia precipue in vino fit ebullitio atque coactio, quasi summam totius compositi obtinentis. In his vero vera vini substantia consistit, quæ cum se sola subsistere non possit, naturam componentium retineat, necesse est. Hoc enim est vini esse, scilicet in tanto humido, sicco, aëreoque & igneo fundari. Quod si quis, vel per sublimationem, vel quouis modo ab eo tenuem quampiam particulam quasi vini florem segreget, id vinum non est appellandum, quoniam proprium subiectum non habet. Quapropter si omne mistum iuxta elementum prædominans per se tale debet denominari, proculdubio ex dictis rationibus vinum per se humidum oportet denominare. Cum autem de vini passivis qualitatibus differuerimus, reliquum est ut de actiuis, an calidum

c 3

DE VINI NATURA

fit, uel frigidum, consideremus.

Introducitur disputatio de uino, an sit calidum uel frigidum, et quodam fide sensata accipitur quod sit calidum, quod ex ebriorum etiam affectibus

comprobatur. Cap. XI.

Non parua enim signa adsunt, quibus frigidū uideretur: nam & tantū frigidum sentitur, & potentia frigidum dici debere ostenditur per ebriorum effectus: frigent enim, & tremunt. Nec desunt qui uino frigefacti, attenuatiq; demum uitam cum morte cōmutant. Frigidas quoq; agritudines inducit, scilicet tremorē, paralyssim, apoplexiam: citius etiam occumbunt, qui uena frigida uino condita hauserunt. Quas ob res Macrobius uini naturā frigidam existimauit. At calidā esse non solum ex ebrietate, sed etiam ex sobrietate & temperātia, certiores fieri possumus. Nam ex sobriorum, & temperatorum hominū iudicio, uinum calefacit, & qui eum cum ratione bibit, gratū quendam in se calorem percipit, unde spiritus, & animæ uires recreantur, & quana

LIBER PRIMVS.

quandoq; à morte excitantur, ut manifeste deprehēditur in his, qui aut nimia sanguinis effusione, uel inedia, uel labore, uel aliquo alio casu, frigidi semianimesq; redditi, subito uini hauſtu, uel odore refocillati reuiuiscunt. Idem nobis et ebriorum affectus demonstrant, qui licet iuxta diuersam ebriatorum naturam differant (uinū enim sese promoribus utentium applicat) in hoc tamen serē omnes conueniunt, primo quod ebrii omnes capite supercalefacto redduntur, deinde quod in capite repletionem & grauitatem sentiunt. Sensus etiam agitari uidētur, nec sibi cogitatio constat. Plurimi uero nimia ebrietate occupati demum ita languent, ut frigidū mortuis similes uidētur. Quod uero sint ebrii capite supercalefacto facile constat: fit enim hac præcipue causa ebrietas, quod ea hominis pars primū incalescat. Vinum enim ea natura præditum, ut à calore nostro alteratū facile in uapores, qui superna petunt, cōuertatur. Ex his itaq; caput repletum gra

uitatem sentit. Agitatur autem sensus, tum à calore in uaporibus inserto, tum à ui spiritus, flatusq̄, qui in uaporibus includitur. Vinū enim non tam suapte natura calidum & humidū, quàm spumofum, ut spuma indicat: & uinofus odor, tum in aëris, tum in aquæ humiditate consistens. Est enim odor sapidae partis siccae ui caloris in aëris & aquæ, humido demistio. Vinum autē hac potissimū parte, scilicet uinofso odore, ebrietatem adducit: odor uero omnis caput tentat, & ingrauat, unde neq̄ sensus, neq̄ cogitatio sua munia peragere possunt. Hos autē effectus aliqua uini immoderata quantitas solet causare, quæ si modum ualde excefferit etiam innatum calorem opprimit, ac ferè suffocat. Multa enim humiditas si à calore naturali non regatur, refrigerat, suiq̄ generis ægritudines adducit. Hinc obmutescentia, & conuulsiones accidunt, quæ non prius soluuntur, quàm calor sese ipsū adiuuās, paulatim humiditates illas resoluens, se ita ab illis explicauerit, ut

Odor.

rit, ut tandē uictor exuperet: qua in re & uinū calori opē affert, quippe quod à nostro calore primo modo calefactio nis sumpto, ipsi postea ad crapulā siue ebrietatem depellendā auxiliatur. Hos autem effectus diligenter quis contemplat, nō à calida & sicca exhalatione, sed humida potius & uaporosa prouenire inueniet, quæ nō sine caliditate & humiditate cōsistere potest: quāobrem et ebrietas aliquid huiusmodi est: signū sunt remedia quæ eam solent prohibere, quæ enim partes superiores refrigerant, aut calorem inde simul cum humiditate abducunt, aut ebrietatem prohibent, aut ei medentur. Quamobrem et uinum dulce uaporibus uiam præcludens, & oleum humiditates ad uesicam dirigens, & brassica superiora refrigerās, & humiditates deorsum retrahens, dicitur ab Aristotele ebrietatē sedare.

Prohibantur quedam de frigiditate uini in actu, et de calido per se, et per accidens. Cap. XII.

Sactu tamen frigidū sentitur: Quo

DE VINI NATURA

modo autem hæc non solum uino, sed omnibus ferè mistis naturalibus est cõmunis: cuncta enim ferè ex aqua et terra constant: signum autem quod circa medium terræ locum resident, aqua autem & terra adeò sunt passibilia, & ad aliarum rerum naturalium affectus recipiendos adeò prona, & in potentia, ut etiam suam grauitatis, frigiditatisq̃, & humiditatis, & siccitatis naturam seruant, nihilominus plurimos alios affectus in se compatiuntur, & in potentia continent, ut in uino est in præsentì loco cõsiderandum. Vt enim cognoscatur quomodo in subiecto frigidò calidam naturam obtineat, quædam ex Aristo. de calido per se, & per accidens accipere oportet, scilicet quædam per se, quædam per accidens esse calida, et alia actu, alia uero potentia calida. Actu & per se existunt, quæ nõ per aliud, sed secundum se existentia effectum caliditatis inducunt, sicut urere, aut liquefacere: & secundum hoc significatur ignem calidum dicimus. Calidum autem per accidens est,

LIBER PRIMVS. 22
est, quod non ex sui natura habet calefacere, sed ex alio sibi extrinsecus adiuncto, ob quem actus calefaciendi, sibi per accidens attribuitur: non secus enim talis actio illi subiecto per accidens attribuitur, ac si musco febriente quis dicat muscum esse calidum: hoc enim modo, & aquam calidam dicimus merito subiecti per accidens calefacere, cum dicimus, aqua calefacit.

Quomodo uinum caliditatem acquirit extraneam. Cap. XIII.

VM igitur uinum ex dictis secundum Aristoteli sit species aquæ, nimirum actu frigidum esse oportebit: talia enim terra & aqua existunt. Et quoniam effectus calidi, facit caliditatem extraneam, et accidentalem retinere. Sic enim inquit Aristoteles: Quæcumq̃ quidem igitur aquæ ut ad multum frigida, si non aliam nam habeat caliditatem, uelut lixiuuium, urina, uinum. Habere autem hæc extraneam caliditatem, sic exponit Alexander: Lixiuuium enim habet à cinere, nam quoniam cinis ab igne fuit ignitus, quan-

dam retinuit caliditatem, quam lixiuio & ipse (quonia per ipsum percolatur) inurit. Vrina vero a calore animalis a sanguine segregata per digestionem, et ciborum concoctionem. Vinum autem per maturationem quam in uuis, tum per innatum uitis calorem, tum a solis calore excipit: ut enim ait Galenus, Caliditas quae fructus maturat est duplex, quarum una est propria unicuique fructuum naturalis ei, alteram uero acquirit extrinsecus propter solem: & ista quamuis adueniat ei extrinsecus, tamen naturalis est fructui & propriae ei conueniens: imò ut ait Theophrastus, externus calor magis alterat: ait enim, Alterat autem, agitque calor, tum internus, tum externus. Hic enim (ut dictum est) plantarum generi maxime accommodatur, nec sicut in animalibus, internus habetur accommodatior. Quapropter & in eodem libro Galen. ex Theophrasti sententia inquit, dulcedinem quae reperitur in sapa, siue in gielato uuae non tantum ab interno, quantum ab externo calore

4. de simp.

cap. 4.

Lib. 6. de

causis pla.

cap. 8.

LIBER PRIMVS. 23
no calore acquisitam fuisse, imò externi caloris partem in ipsa remanere: eodemque modo in uua & in ceterorum fructuum succis de solis caliditate remanet simile scintillae: in omnibus enim ubi expressi fuerint, apparet ebullitionem adhuc non cessare, per quam calor externus in humore relictus excoctionem peragēs, alia excernit ac euaporat, alia crassat atque coagit, alia attenuat, alia, ut simplici ratione dicam, alterat: quemadmodum uel in his agitur quae igne feruescunt: quo fit, ut musta ipsa cum ebulliunt, ex alijs in alios sapores uertantur, nec cognosci, aut degustari liceat, quae uinum sibi saporem uendicant, antequam ebullitio perfecte cessauerit: tunc enim uini nomen meretur, & a tali uel tali sapore denominatur. Quod si in reliquorum fructuum saporibus, qui facilius excoquuntur, quodpiam decoquentis caloris retineri apparet, quanto magis in uino id concedere oportet, dicente Theophrasto: Quippe, ut in summa dicam, plurimas alterationes uua recipere

re apta est, & omnino quæ saporem uinosum sortita sunt: primum enim dilutus quasi sapor sentitur, proxime acerbus, tum acutus, inde ultimo dulcis. Non eadem uero in omnibus uinis caliditas impressa esse potest, quippe eum alia maiorem, alia minorem concoctio nem desideret, prout magis minus ue humidi aut terrei participarunt: quæcunq; enim plus terræ sortita sunt, magis calida, propter maiorem in illis caliditatem percoquendo impressionem: quæ autem terre minimum, plurimum autem aquæ sortita sunt, frigida, id est minus calida, quoniam minus in illis caliditas obtinuit, ac media medio modo. Plurima tamen uinorum genera insignem non esse caliditatem sortita sapor indicat gustui gratus, non ualde acutus, non mordax, non erodens, non exurens. quod et optima euenit ratione: calidum enim humidum, saporosum, decoquens dulcedinem adducit: unde & uinosus sapor ad dulcem redigitur, et omnis concoctio dulcedinem quandam respicere uidetur.

In

In quorum confirmationem, quæ a Galieno in tertio de ratione uictus in acutis dicuntur, subiungam: Vinum siquidem, inquit, aquosum leuissimum in ligno uitis habuit transmutationem, leuissimam quoque & elementum terre mistionem: quod ut aqua foret paulum terre, calidæque substantiæ occupauit, atque in horum commistionem leuissima indigit confectione. Contrarium uero, tum uinosum, tum mulciferum, nec a leui coctione tale efficitur, utpote quod ab aqua longissimo recedat intervallo, quod itum est ut insignem consecutum fuerit tum caliditatem, tum odorem. Intelligit autem per longe ab aqua recedere, id est, quo ad saporem & uirtutem. Quomodo igitur uinum extraneam caliditatem acquirat, tum ex Aristotele, & Theophrasto, tum ex Alexandro & Galeno hæc dicta sint.

Vina non solum per qualitates primas, sed etiam per terre proprietates uariari, utique uinum esse per se calidum, et per accidens dici possit. Cap. XLIII.

NEc uero uinorum natura tantum in calido & frigido, humidoq; & sicco euariatur, quantū ex certis terræ proprietatibus, cum neq; ex parte uia noſtitatis, neque humiditatis impediat, quin diuerſas terrarū impreſſiones calore coagente poſſit recipere, quæ tamen nihil ad uinoſitatem conferant, ex quibus diuerſi in homines, ut ſuprà reſtulimus, effectus reſultēt. Quod autem ad uini naturam attinet ut calidum ſit, aut frigidum, dicimus, quod conſiderato uini ſubiecto, a quo inquam uel ter reſtri, quod à calido in uini naturam eſt tranſmutatū, uinum per ſe frigidum diceretur, per accidens autem calidū. Si uero uinum in ſua natura conſideretur, ſic calidum per ſe dici meretur: uinum enim ſic conſiderato accidit ut ſit frigidum, ſicuti ſubiecto uini caliditas. *Multa autem eſſe huius generis, ait Ariſtoteles, in ſ. 4. Me. in ſ. 2. de quæ quoniā à calore conſicta ſunt, & à calore continuentur, & per calorē ſpecificentur, quoad ſuam naturā conferunt,*

uant, calida dici merentur. Si enim ſanguinem (ut de ipſo dicam) conſideres, prout à cordis calore in ſua natura conſeruatur, ſic calidum eſt & humidum: tum enim per hoc nomē ſanguinis idē intelligimus ac ſi aquam feruentē uino ſuo nomine ſignificemus: à calore autem cordis deſtitutum, uel frigidū et humidum, uel frigidū & ſiccum iuxta naturam animalis cuius ſanguis fuerat, dicitur. Quod mirū in huiusmodi generibus miſtorum uideri non debet: non enim eam temperaturæ exactam rationem ſunt ſortita, ſicuti metalla, planta, aut animalia. Non ſecus igitur in uino intelligendum eſt, ubi calidum eſſe dicimus. Subiecto enim & merito materiæ quæ à calido concoquitur, eſt frigidum. Frigidumq; hoc loco, ut ait Ariſtoteles, 2. de part. non priuationem, ſed ſubiectam naturam ſignificat: ſicut & in alijs conſimilibus, quorum ſubiectū calidum per affectionem ſiue paſſionē exiſtit. Quia uero uini nomine unam naturā ſignificamus tali modo à calido affectam, & per

calidum consistentem, uinum per se calidum diceretur: caliditas enim in eius ratione inest, sicut album in ratione hominis albi, cum tamen album homini accidat. Signū autē uinū ex natura frigida à calido cōsistere, nobis esse potest eius dissolutio, ex qua aqueū & terreū esse apparet, & uinosum saporē amittere: ubi enim à uehementi calido putrescit, ut sub canis sydere accidit, sapor ex uinoso ad acutū & aquosum transmutatur, ueluti natura illud in materiā resolvente, unde naturalis generatio prodīt. Quapropter uinis putrescentibus & color immutari, & turbari, & aqueus liquor supernatare uideitur. Si uero in suo uigore procedat & cōfenscat, sic magis terreum apparet, resolutio ac circumfuso aëre & proprio calore humido ac potabili; unde & amarū reditur, uiniq; odorē amittit, quasi enim fex relinquitur: odor enim uinosus in partibus tenuioribus cōsistebat. Quoniam igitur uinū sicut & cætera formæ naturales, ut fumen, caro, os, et alia huiusmodi

huiusmodi formam quandam concretam significat, scilicet humidū à calore eximifeco, & aduentitio affectum, nimiserum eius natura ex his cōsistere dici debet, ex quibus proprium esse acquisiuit: prodīt autē ex humido calido impresso. Vini igitur natura & calida erit & humida.

Soluntur eorum rationes, qui igneam caliditatem uino attribunt, nec minus eorum qui frigida nature autunt: ex quarum solutione superius dicta confirmantur, quibus & poetarum confirmatio adiungitur. Cap. XV.

Cum ergo Aristotelis rationes ex quibus similitudinam naturam per priores à calido uel frigido in eis impressos affectus probauit, uerissime sint, credendum si meliores adduci possent, eas utiq; ab ipso optimo naturam discipulo prætermittas non fuisse: quod melius apparet, ipsa quæ ad hoc ab alijs adducuntur de uini caliditate consideratis: uel enim ad ea quæ dicuntur ab Aristotele reduci oportet si uim aliquam habere debent, uel nullius efficaciam existunt. Quidam

DE VINI NATURA

enim aiunt nō esse dubitandum, quā uinū ex multo calido igneo cōfret, cum uideamus eius generationem per tantum æstum, & ebullitionem fieri: hæc enim ratio nihil probat aliud, quā uinum alienā habere in humido caliditate: si enim hoc indicū uerum sit, dici posset, & aquā, & quodcūq; ebulliens ex multo calido igneo, scilicet sicco consistat. Quod autē à uino exhalat, potius aqueā quā igneā naturā demonstrat. Siquidē Aristoteles dicit uinū euaporare, nō exhalare, id est, humidū nō sic cum spiritū halare: qua ex causa uinum dulce negat uinū simpliciter esse. Nec quicq; ualet quod uinū ob uerustatē ardentissimū fiat: uinum enim uerustissimum nō amplius ueram uini naturam obtinet, cum pars potabilis resoluta sit, uinosusq; sapor, odorq; expirauerit et euanuerit, & iam à proprio, quod ipsum sustinebat, calido sit destitutū. Neq; quod ardeat, propter hoc in sui natura est calidū, cum ardeat propter oleaginosam quandā humiditatē à uinosa natura ex-

LIBER PRIMVS. P²⁷

ra extraneā, sicuti de uino dulci retro ex Aristotelis sentētia diximus. Quod etiā ex uini fece, aut uino ualde grosso & meraco, aqua illa calidissima et ardēs artificiose segregetur, quæ aqua uitæ uocatur, nequaquā uinum calidū esse infert: sicuti neq; si quis ex aliquo misso terrestri per sublimationē aqueas partes excipiēs, ex eo inferat, illud corpus aqueū esse: aut ex aqueo igneas, inferat à prædominio igneum existere, cū multo plures esse possint aqueæ, & terreæ partes, à quibus igneæ fuere separata, & in quibus potētia continebātur. Calidæ uero et humidæ naturæ uinum esse, etiā poëtarū signa inuenerunt: licet enim ei igneā uirtutē attribuāt, & Bacchū ex Semele combusta ortū dicant, quod ideo fit, quia rerū magis singulares effectus obseruant, quo homines in admirationē excitēt, ut cū Athamantē Baccho calefactū, & furis infamientē filios occidere inducūt: attamen & lætitiæ datorem, gratiq; saporis celebrant, cumq; Semele eius matre com-

DE VINI NATURA

buſta à Nymphis ſeruatū dicit, ſubſta bellæ uelamine ueritatem obumbrat. Mater enim Bacchi, id eſt, uini materies exuſta eſt à loue, id eſt, per multiplicem digeſtionē, & Solis concoctionē à calore inuſta, quem calorem Nymphæ Bacchum excipiētes, aquæ humiditate rigantes, ac temperātes fouerunt, et ſeruauerunt. Neq; obſtant quā uim calidam habeat effectus, quā in ebris et bilis frigiditatē prætendunt: eius enim moderatus uſus calorē fouet, ſeruat, & auget: immoderatus uero natiuo aduerſatur, eumq; debilitat, & perdit. Si enim plus æquo ingurgitetur, nec concoquatur, ad naturalē reuertitur frigiditatē: humidū enim à calido deſtitutū Vini immodice ſuaducit, ut apoplexiā, neruorū diſſolutionem, ueternū, mēbrorū tremorē. Si uero aliquo modo concoquatur, immoderatus uero ſit uſus, adeo ut magis quā opus ſit corpus incaleſcere aſſueſcat, tum attenuatio ſequitur, & natiui caloris ob nimiam humiditatem ab excedenti calore

LIBER SECVNDVS, 28
lore conſumptionē diſſolutio, debilitatio, demumq; cum ipſa uita extinctio. Hauſta uero cum uino cicutā non ideo citius interſcit, quia uinum frigiditatē eius adiuuet, largus enim uini potentis potus ab eius perniciē liberat, ſed quoniam ob ſuæ naturæ calorē & facilitatē, uelociorē ad cordis penetralia ueneno aditum efficit.

IOANNIS BAPTISTAE CONFALONERI

Veronenſis philoſophi ac
Medici, de Vini natura Lib. II.

Priorem reſpectu hominis de uino eſſe cōſiderationē, ut eſt alimentum, quā medicinā. Cap. I.



VAE quidem igitur uini naturæ conſtitutioni cōueniant, tot dicta ſint. Reliquum uero eſt, quod homini, qualeq; alimentum, ac medicamentum ſit, inueſtigemus, et an corporibus noſtris humiditatē, uel

DE VINI NATURA

ficcitatē adducat. Non parua enim circa haec est difficultas : licet enim sensu frigidum, & humens percipiatur, maiorem tamen tum calefaciendū, tum siccandū, uimque humectandi in se habere uideatur. Prius tamen de eius nutritione dicendum, eius enim naturā magis proximam ac consentaneū uidetur. Nam cum huiusmodi simulariū affectus siue à calido siue à frigido, ad sensus nostros & ad hominē, ceu ad mensurā referantur (pleraque enim eorum in ordine ad sensus differunt) ut gustabile, odorabile, durum, molle, calidum, & frigidū: si cuti homini magis naturalis est et prior propria substantia, & sanitas, quam agritudo, ita prior est uini ad hominē habitudo, ut ei praestet alimentū, & substantiam seruet, quā ut medelā afferat. Adde quod magis affinia nobis sunt, quae secundum substantiā nobis conueniunt, quā quae secundū aliquā qualitatem: quae autem nos alunt, per totam sui substantiā nos alere dicuntur : quae autem gratia medicamenti adhibētur,

potius

potius merito primarum aut secundarum qualitatum nobis mederi dicuntur. Cum igitur uinum homini & alimentum, & medicamentū existat, oportet ut magis nobiscum intima sit habitudo, quae merito alimēti, quā medicamenti prouenit. Demum quae medicamenta homini existunt, eius naturae quouis modo aduersantur : quae autem ipsi modo nutriunt, conueniunt. Prior autem respectu alicuius est consideratio quae secundum naturam, quā praeter naturam. De uino igitur ut homini est alimentum prius est considerandū, quā medicina.

Perfectiorem apud naturā esse uini speciem temperatissimā, & homini magis conuenire, itaque praecipue de illo sermonem habendum esse. Cap. II.

PRO eorum autem quae proposita sunt declaratione, nonnulla supponere ac praemonstrare oportet. Primum quod cum multa, & fere infinita uinorum genera dicantur, nobis praecipue de illo sermonē esse, quod hominis naturae maxime sit accommodatum : ita ut

DE VINI NATURA

si nobis uinum temperatissimum, sicuti medicis hominē fingere liceat, hoc pro aliorum metro supponatur. Quæ enim ratio est, ut sicuti Galenus in tanta hominum uarietate ac distemperie hominem sibi temperatissimū pro aliorum norma & mensura effinxit: ita nos etiā in tanta uinorum copia & differentia eiusmodi moderantia uinū in hac indagatione proponamus, quod hominis temperati nutritioni optime congruat, atq; accōmodet̄. Vel si in natura adeo exacta nō datur temperies, saltem eam accipiamus quæ homini in suis actionibus, & uino in sui nutritione possit maxime conuenire, ita ut eo modo uinum in suo genere, quo modo hominem in suo temperatū accipiamus: quod quidem & naturæ operibus est consentaneum. Cum enim in necessarijs nunquam deficiat, hominib. iuxta suæ temperaturæ sortem & alimenti, cōsulerit. Quod autem à nobis de uino temperato in sui natura accipitur, nō tam est ex medicorum sententia, quàm ex naturæ ratione:

LIBER SECVNDVS. 30
ratione: ea enim apud naturā prior est species quæ perfectior: perfectiora autem sunt quæ magis sui generis temperamento accedunt: sic enim & hominē perfectiorē uocamus: nam et tale etiam mediū quasi exactius attingere est difficilius, in ipsumq; tanquā in finē extrema ordinātur. Non igitur neq; uinum extremæ uinositatis, neque uetustatis, neq; summe dilutum, siue oligosorum, uel nondum concoctum, aut depuratum, sed in horum medio naturā mensura et arte elaboratum, perfectissimum dixerim.

Positur ratio cibi & medicine, eorumq; inuicem conuenientia & differentia. Cap. III.

NEq; etiam à nobis silentio prætereundum, in quo cibus et medicina inuicem differāt. Vtraq; quidē sunt relatiua, non solum merito animalium specierum, sed etiam hominū, & inuicem habent oppositionē: refertur enim cibus ad animalis siue hominis naturā, cum qua conuenientiā per sui substantiam siue temperaturā habet: ut parua

DE VINI NATURA
seu nō ladente transmutatione ab animalis
mali calore alteratum, consimilē ei quę
deperdita est substantiam possit reparare.
Medicina uero dicitur quę ex sui
substantia, aut qualitate naturę alicuius
animalis aut hominis aduersatur, ita ut
eius substantiã aut perdat, aut alia qua
sensibili et contraria transmutatione alteret.
Quod si quandoq; fiat ut aliquid sit, quod
homini oblatũ ipsum nutrit, simulq; sensibili
et nō contemnda affectione alteret, illud & cibus
& medicina, alia tamen & alia ratione, dicitur.
Cibus quidem, uel ut substantiam seruat,
uel seruare aptum est. Medicina autem, ut
maiori nutriti corpus quã par sit, uerbi gratia,
caliditate calefacit: ut si homo temperatus
uinũ ualde meracum & potentissimum
sumat, quod demũ ipsum restauret, interim
tamen, & antequã in sanguinem cõuersum sit,
magis incallescere faciat caliditate graui
& molesta. In eo quidem quod magis quã
cõueniat in digerendo calefacit, medicina
est. Nutrito autem demũ affi-

milatum

milatum, nutritũ: neq; fieri potest ut unquam hæc in una ratione cõeant. Potest quidẽ cibus maiorẽ mole, id est, per maiorẽ sanguinis geniti quantitatem, maiorẽ in animalis corpore calorem procreare, non tamen in gradu, aut qualitate: non enim esset deperditã substantiã reparari, aut nutrito assimilari. Verum si (ut arte & ope medica fieri potest) fortẽ contingat ut ex assidua ciborum calidiorum congrue facta oblatione, aliquis ad calidiorẽ temperaturam cõuertatur, puta ex flegmatico ad sanguinẽ, non propter id alimentum in nutrito intensiorem inferre caliditatem est credendum. Sed quoniã calidiorum cibariõũ uel in cõcoquendo natura calidior effecta est, quod pro alimento aduenit, eã conseruat ac fouet, quam ab alijs effectam esse reperit: nec obstat ut idem cibus crebro oblatu nutritum & substantia eius naturę cõformis efficiatur, quam ipse sibi per multã præcedentem alterationem parauit: ita ut cuius fuit digerẽdo medicina, eiusdem

DE VINI NATURA

alendo fiat nutrimentum. Cōueniunt autem cibus & medicina, quod ambo nostrum calorē alterant, ab eodemq̄ alterantur. Licet enim de aliquo ueneno dicatur quod nullā à nostro calore per mutationē recipit, ideo illud dictū fuisse putauerim, eo quod sit insensibilis, aut parum percipiatur: sicuti etiam dicemus, aliquē cibum adeò esse naturæ conformē ac facilem, ut insensibili facillimāq̄ resolutione in nostram substantiam uertatur: alioqui fieri nequit, ut agens ullum communicans in materia cum passio, in agēdo quouis modo non repatiatur: licet illa passio ob sui paruitatē medico non sit curæ. Conueniunt insuper cibus & medicina, quod nō eodem modo ad animal siue hominē referuntur: nam propter naturarū non solum in genere, sed etiam in specie diuersitatem sit, ut cibaria etiam diuersificentur, adeò ut quod uni speciei puta homini sit uenenū, alteri speciei sit alimentum: ut hyoscyamū quod nobis est uenenum, turdis est cibus: & helleborus nobis

LIBER SECVNDVS. 32
nobis est medicina, cornicibus uero cibus. Sicuti uero est in diuersis speciebus, ita in eiusdē speciei indiuiduis similis ratio reperitur: est enim uini genus quod uiris quibusdā robustis facillis est potus, & sitim tollit: quod alijs oblatū maxime lædet, uel non cōcoque tur: itaq̄ uini diuersitates iuxta hominū habitus cōferre oportet. Sed in hoc maxime cibus à medicina differt, quod cibus respectu corporis nostri potius habet rationē passiuī, quā actiuī: et ideo si nutrire debet in sui substantia, indiget transmutari. Medicina uero rationē potius habet actiuī quā passiuī, itaq̄ rationem medicinæ seruat, donec aliquid suæ qualitatis, aut naturæ, aut substantiæ retinet. Quæ latius à Galeno sunt declarata.

*M. 3. de
Tēp. & in
1. & 3. de
simpl.*

De multiplici potentia, tum rerum in se, tum in ordine ad corpora nostra, & an medicina dicatur potentia accidentalī calida, aut frigida respectu nostri, sicuti ignis impeditus est in potentia accidentalī sursum. Cap. III.

Determinandū etiam de potentia, quoniā omnis cibus & medicina suas functiones, ut plurimū potētia respectu nostri corporis habent. Dixi ut plurimū, propter eas res quę nobis per suas qualitates in actu medentur, ut ignis per caliditatē & siccitatē, aqua per frigiditatem & humiditatē, & si quæ alia à prædominio dicuntur. Quoniam enim potētia ad actū refertur, et unumquodq; maxime & proprie tale esse dicitur, ut est in actu, illud simpliciter tale esse dicitur quod actu per se tale existit, & non alteri adiunctum, ut terra sicca, aqua humida, & ignis calidus. Potētia autē terra dicitur sicca, & per accidens humida, si portio terræ maiori aquæ quantitāti cōmiscetur: atq; hæc potentia multam habet latitudinē, prout contingit elementa, aut eorū uirtutes magis uel minus cōmisceri. Dicitur et alio modo potentia, quæ essentialis nominatur, & est merito materiæ, quæ sicuti in potentia est ad omnes formas, ita in illas per trāsmutationē essentialē uerti potest

potest, quo modo dicimus aquam esse in potentia ignē, aut aërem. Differt manifeste hæc potētia à superiori: alio enim modo dicimus in uino esse potentia aquā, & alio modo aquam esse in potētia uinū. Aqua enim dicitur esse potentia in uino propter mīstionē, & ideo potest separari. Aqua autē est in potentia uinum propter materiā, cuius merito per trāsmutationē essentialē uariam nomen & definitionē in uini naturam potest cōverti. Vbi autē res actum suum propriū sortita est, quoniā simul cum illo actu accidentia illū actum per se, insequentia à generante accepit, si fortē impediatur quo minus suum illū actum assequatur, ut si ignis intercludatur quo minus sursum sit, tum ignis ille in potētia accidentali sursum esse dicitur: non enim essentiali, quoniam ut sit sursum iam à generante per se recipit: sed accidentali, quoniam ex aliquo extrinseco impedimento ne sursum sit cohibetur. Huiusmodi actus essentialis consideratio cum sit earū rerū quæ ex

DE VINI NATURA

sui naturali aptitudine nisi impediatur actum propriū assequuntur, ut auis uolatum, homo ratiocinationē, non uideatur à medico ex suæ scientiæ habitu debere considerari, sed potius à Physiologo, qui rerū propria accidentia & opera considerat. Hic enim modus potētiae qui est habitus respectu propriæ actionis aut passionis, non cōuenit medico, cum talis proprietas sit rei in se considerata, nō respectu hominis, ut ope medicinæ est sanabilis. Neq̄ uidere possum quo modo primus modus potētiae à Galeno positus, alicuius sit in re medica uisus in cognoscēdis effectibus, qui per alimenta, aut medicamēta in humanis corporibus producuntur: & sicut talis modus potētiae essentialis nihil ad medicū spectare uidetur, ita neq̄ accidentalis, scilicet quando id quod perfectio nem in se habet, ab opere per aliquod extrinsecū impedimentū prohibetur: ut geometra, si ab actu studiorū geometriae, aut ocio, aut aliquo negotio impediatur. Nisi forte quispiā dixerit, imo talem

3. de temp.

ca. 1.

LIBER SECVNDVS. 34

lem modū potētiae ex re medici esse, multaq̄ in arte medēdi pertractari, quæ ad hunc modū redigi possunt. Nā cum dicimus piper esse calidū potētia, quia si ab homine comedatur aptū est ipsum supra caloris humani qualitatem concalere: & similiter uinū: quæ tamen hoc minime faciunt, nisi in minimas partes à calore dissoluatur, ab eodēq̄ in quodam actu constituantur. Hic inquam est ille modus primo à Galeno enumeratus, tales enim res calidæ ex sui naturæ aptæ sunt calefacere, sed sunt impeditæ: nam partes igneæ, quæ sunt in pipere, siue in uino, & euphorbio, sunt ligatæ per temperaturā, quam cum alijs partibus frigidis habet in mixto, quā obrem ne calorem præ se ferant impediuntur. Soluta autem missione, & partibus frigidis segregatis à calidis, tum sunt in actu, sicut ignis remoto impedimento fit sursum. Sed hoc dicere ualde est absurdū: neq̄ si quis piper, uel uinum, uel euphorbiū tali potentia accidentalicaletidum dicat, uel hyoscyamū frigidum,

DE VINI NATURA

aut naturaliter, aut more medicorū loqueretur. Primū quidem, quis tam rudis & rationis expers existit, qui dicat, rerum naturalium functiones & opera sibi per se competere, ut in nostra corpora agant, siue à nostris corporibus patiantur: & hanc esse rerum potissimā ac naturalissimā potentiā, scilicet secundum quam suum à natura institutū finē primo sortiūtur, prout à nostro calore eorum cōpago & mistio dissoluitur: uniuscuiusque autē rei temperaturā esse impedimento, quo minus res suas operationes exerceant: Quæ ut melius appareant, reuocanda hic sunt quæ à Philosopho octauo physicę auscultationis, & secundo de anima dicuntur, ubi declarat quo pacto ignis genitus, sit fursus potentia accidentalī, quoque modo sensus sit potentia ad sentiendū. Ignis quidem genitus in parte inferiori non dicitur potentia fursus, quo quicquā sibi deficiat intrinsecū ad hoc, ut in propria sphaera sistatur, & eā ob causam ulterio rem in se requirat transmutationem: quantum

LIBER SECVNDVS. 35
quantum enim sit suæ naturæ merito nihil sibi deest, & per se est fursus: sed causa alicuius extrinseci, uel aëris ambientis, uel cuiusuis alterius est impedimentum. Similiter habēs habitū geometriæ ad hoc, ut in actum exeat quæ geometriæ sunt contemplandi, nulla quæ ad habitū spectat alteratione indiget, perfectus est enim: sed merito alicuius extrinseci sit impedimentum, ut si uel dormiat, uel in alijs negocijs sit occupatus, in quibus apparet rem quæ est in potentia accidentalī, ad suam actionē nulla in se indigere transmutatione. Quādo autem piper, aut uinum potentia calida dicitur, interna indigent transmutatione, & quidē tali, quæ eorū temperaturam dissoluat. non igitur eo modo dici possunt potentia accidentalī calida. Adhuc quæ in suo actu essentiali sunt constituta, cum in suas operationes exeūt, non alterari aut pati, sed perfici dicuntur. Quis enim geometram studijs geometriæ operā dantem pati, aut alterari dixerit; nemo profecto, nisi pati et altera-

DE VINI NATURA

ri secundum aliam rationem dicantur. At queso uide, quàm piper perficiatur, ubi propria dissoluta temperatura calorem in corpus humanū inducit: tātum profecto abest, ut in aliquā euadat perfectionē, ut hæc impedimenti remotio, illius missi sit perditio & interitus. Piperis enim soluta temperatura non amplius piperis nomen meretur. Deinde, amabò, qui in medicina est autor, qui piper in potentia per accidens appellet calidum, uel lactucam frigidā: An non Galenus ubi de potentia differit rerum quæ medico accommodantur, quomodo aliquid in potētia accidentalī calidum, aut frigidū dicatur, declarat? scilicet ut aliquid suæ naturæ contrariū operatur: ut quod iuuenis bene carnosus multæ frigidæ iniectioe intus incalescat, & à tetano liberetur. Sic enim aqua per accidens calefacit, quo certe modo nunquam aliquis dicit aquam esse potentia calidam. Itaq; Galenus in tertio de similitudinibus, se usum fuisse hoc significato potentia, ut distinguitur cōtra id quod est

per

LIBER SECVNDVS. 36
per accidens tale: hic autem se nomine potentiaē uti, ut distinguitur contra actum.

Quod promptissimum sit potentiaē in re medica significatum. Cap. V.

Sed illud promptius est, et magis usitatum in medicina, potentiaē significatum, ut illud dicatur potentia ad aliquid, quod est materia propinqua, ex quo illud facile possit generari. Hic autem modus in eo differt à primo modo à Galeno assignato, quoniā illud potentiaē genus respiciebat actū & perfectionem propriaē eius rei, quæ est in potentia sine quapiā alicuius extrinseci agentis in ipsam transformationē. Hic uero modus non exit in actum nisi transformatione interueniente ab aliquo agente extrinseco, utpote ab innata nostri caloris ui. Hoc igitur modo subiectum habens materiaē propinquā uel magis minus uē dispositā, ut aliquid ex eo generetur, dicitur esse in potētia ad id quod ex ipso generatur: ut cum dicimus, sanguinē esse potentia carne, uel uinum,

e 4

DE VINI NATURA

aut aquam carnis, aut carnē gallinę esse potentia sanguinē, quę potentia latitudinē habet, prout maior uel minor, ut fiat res illa ad quam est in potentia alteratio, interuenit. Differentiā autē scilicet hic potentia modus iuxta actus ad quem dirigitur diuersitatē. Nam ut ait Aristoteles in tertio modo calidi, quem in secundo de animalibus posuit, & quem Galenus in tertio de temperaturis sequitur, Calidius dicitur quod facilius calorem recipit. Calorem autem facilius recipere duplici ratione continetur. Dicimus enim de castoreo, pipere, aut pirethro, quod cum nostris corporibus afferuntur, ea calefaciunt, & ideo potentia esse calida. De asphalto autē, resina, adipe, tæda, oleo, & pice, dicitur esse potentia calida, quoniā facile inflāmantur, & in naturā ignis uertuntur: qua ex re iudiciū, tum de ipsis, tum de consimilibus facimus, quod nostra corpora facile possunt calefacere. Iuxta autem hunc modū potentia, per quam aliquid in aliud per sui naturā siue substantiam

LIBER SECVNDVS. 27

stantiam facile transmutatur, idem & de primis quatuor qualitatibus possumus eodē Galeno autore intelligere. Quod enim à nostris corporibus alteratum facile ea calefacit, dicitur potentia calidū: quodq̄ similiter à nostro corpore alteratū infrigidat, potentia est frigidum, quodq̄ exiccac siccum, & quod humectat, humidum. Quod autem hic potentia modus sit in re medica accomodatissimus, per quem medicis dicere de more est cibum, aut medicinā calidam uel frigidam esse, ex eo patere potest, quoniā Galenus in primo & tertio de simplicium facultatibus hunc solū modum resumit, sibiq̄ cum eo in danda regula calidorum aut frigidorum satisfacit. Quacumq̄ enim à medico aut sub ratione medicamenti, aut cibarij considerantur, in hoc conueniunt, quod non actu potentia calida, aut frigida, aut aliorum effectū inductiua appellantur. Quamobrē de illis miratur Galenus, qui quaerunt, cur si piper & euphorbiū à medicis calida dicuntur, eorū caliditas

Cap. 1.

Cap. 2.

DE VINI NATURA

non sentitur. Medici enim hæc calida esse nisi potentia nominant: ea uero potentia indiget ut à calore nostri corporis (quoniã semper est in actu) transmittetur, & in proprium actum redigatur. Cum enim res à nostro calore in taliternore fuerint constitutæ, tum suam detegunt operationem, tumq̃ apparet quæ sint uenena, quæ medicamenta, quæ ci baria, & quæ magis actiua, quæ magis passiuæ, quæ magis agant quàm patiantur, quæq̃ minus, quæq̃ facile, quæq̃ difficile concoquantur, et nostro corpori assimilentur.

Quædam interponitur digressio, cur mistorum calidissimorum non sit in actu caliditas, sicuti animalium. Cap. VI.

Sed licet Galenus de illis miretur quæ squarunt, si piper & euphorbium à medicis calidissima dicuntur, cur eorum non sentitur caliditas: nõ tamen eorum quæstio ratione caret, cum hæc & alia eiusmodi intensioris in caliditate quàm corpora nostra sint gradus. Neq̃ enim ex Galeni sententia dicere possumus, ideo

LIBER SECVNDVS: 38

ideo piperis non sentiri calorem, quoniã in misti temperatura sit in potentia, cum Galenus rerum naturam nihil aliud esse dicat quàm uniuersam substantiã, & earum complexionẽ ex primis elementis aggregatã, & non aliam ob causam animæ naturã si separabilis sit, se ignorare uideatur profiteri, quàm quoniã hoc modo ad elementorũ naturam et temperamentũ redigere nõ possit, quod utiq̃ sibi fortẽ facile putaret si elementorum uirtutes insequeretur, ut dixit in pluribus locis. Si igitur calor naturalis ex missione resultat, cur multarum rerũ ualde excellentior in temperatura calor nõ in actu existit, cum suæ temperatura ualde magis quàm animalis calor præualeat? Neq̃ enim animalibus ob sui perfectionẽ datum in actu fuisse dicendũ, cum & in multis inanimatis in actu reperiat, ut in uuis ebullientibus, et alijs multis rebus putrescentibus, ut stercoreibus, & frumentis ante debitã exiccationẽ reconditis & coactis uatis. Quod si quis dicat sermonẽ esse

de cōnato & naturali, nō extrinsecō & putri, in primam quæstionē relabitur: multa enim nostrorum alimentorū & medicamentorū per calorē illum in sua natura consistunt per quem digesta & mista fuere, & sæpe contingit ut idē calor qui prius erat putridus, alteri ex eo genitæ rei sit intimus & naturalis, ut in animalib. ex putri materia genitis apparer: accedit quod neq; cuiuscq; rei si uel animata sit, calor in actu cōsistit, ut euidenter cōstat in plantis, quæ tum ad sui inuisionē aut generationē, tum ad germinationē aut fructuū maturationem externū solis calorem desiderant, neq; germinant neq; florent neque fructus decoquunt si anni tempestas non arri-deat, & solis moderata non respondeat caliditas: ad eò enim intimus earum calor à solari dependet, ut Theoph. & Galenus asserant, ad earum fructuū sapores magis solarem quàm innatū conferre. quapropter ex earū caloris debilitate facile dixeris, ita se ad plantas externum habere, sicut noster innatus respectu

ctu medicamentorū aut alimentorum. Non igitur calor in nobis ideo in actu esse dicendus est, quia sit innatus aut uegetalis. An fortē nihil prohibet intentionem calorē in gradu potētia in misto cōtineri, quàm sit aliquis calor innatus in actu. Atque ita in animalibus perfectis concinnatum & insitum à natura calorem propriū fuisse in actu, sicut in alijs multis per misionē in gradu, intensior in potētia: cui accedit quod animalis calor nō opus est misionis, sed misionis temperamēto superadditus: neque est igneus ut per gradū cōferri cum mistis possit quæ huiusmodi calore sunt prædita, sed cœlestis, & calori stellarū portione respōdens, sensiuūq; potestati adiunctus, itaq; ex sui natura in animalibus donec uiuunt semper in actu uigere, et sensiuū facultatis uis, aliorum calorū differentias percipere, atq; ita se habere ut in actum deducat aliorū mistorum inanimatorū calorem à quo digesta fuere & per quem in propria natura cōsistunt, sicut lumen solis ad om-

AD VINI NATURA

nes calores, à quo in actū & perfectio-
nem quiscūq; iuxta sui temperaturā dedu-
citur. Sed hæc ampliōrē altiōremq; in-
dagationem desiderarent.

*In una & eadem re multiplicem esse potentiam, & ali-
quando contrarias, aut ordine quodam se habena-
tes, iuxta quas in actum à nostro calore deduc-*

ci contingit. Cap. VII.

Quoniam vero fieri potest, & sæpius
plures facultates fundentur, quæ à di-
uersis temperaturis ad esse illius rei fa-
cientes proueniant: non solū enim per
primarum qualitātū uirtutē, sed etiam
secundarū uel ex tota substantia agere
aliquādo dicuntur, ideo una & eadē res
aliquando potest calefacere & cōstrin-
gere, demūq; substantiæ aliti assimilari:
nec solum huiusmodi uirtutes habere,
sed etiā contrarias, sicuti uirtutē constri-
ctiuam & solutiua, rarificatiuā & in-
spissatiuā, quæ calefaciet & quæ infrigi-
det, & quæ humedet & quæ excicet,
prout à Galeno in lib. de simp. late de-
claratur, quod in multis cibus & medi-
cinis

LIBER SECVNDVS. *P*²⁴
cinis apparet. Aliqua enim dulcedinē
habent cum stypticitate, ut quædam piro-
rum genera, myrtaq; & quædam uina.
Lac quoq; diuersas tum soluendi tum
constringendi obtinet uirtutes: eodēq;
modo rheubarbarum & aloës, ad qua-
rum uirtutum actiones uel passiones
sunt in potentia uel simul uel naturali
quodā ordine, siue ut à calore diuerso
modo alterari uel dissolui contigerit.
Cum igitur sub una uirtute actu aliæ
potentia cōtineantur, accidit ut prima
misione dissoluta à qua illius primæ uir-
tutis operatio proueniebat, altera ordi-
ne quodā naturali priorem temperaturā
ram insequens sese exerat, ita ut ab ulti-
mo et perfecto actu res ad sua unde cō-
stituta est primordia per resolutionem
regrediens alia & alia opera edat, ac iux-
ta aliam & aliā temperaturā in quam
à calore siue solis, siue animalis, siue artia-
ficiali dissoluitur, alios & alios manifestet
effectus. Vt igitur ordine quodā di-
uersos producit effectus, ita in ordine
ad nostrū corpus coherentes potētias

DE VINI NATURA

retinet, quod in uino hausto est considerare, per subiectum enim quod in ipso prædominatur, aquam inquam ac reram, primo frigiditatē & humiditatem nobis affert. Superata uero frigiditate mox calefacit, deinde quadā euaporatione caput petere sentimus, succedente autem tempore nutrire & instaurare percipitur. Demū quosdā uel leuiter uel confidentiæ affectus in nobis parere, prout aliter uel aliter dispositos esse cōtingit. Consimiliq; modo ab uno pharmacō diuersos effectus ob diuersā temperaturam quotidie experimur. Rheubarbarum enim & solutiua & constrictiuam uirtutē simul habere apparet, & lac, & brassica, & aloës, multaq; alia tum cibaria tum medicinæ, per quarum uirtutum actiones diuersimode potentiam ad corpora nostra habere dicuntur.

Omniem cibum conformitatem nature cum re nutrita habere. Cap. VIII.

His igitur ita se habētib; uidedum quā conforme homini uinum sit alimentū: ex quo simul apparebit an corpora

LIBER SECVNDVS. 41

corpora nostra humidiora uel sicciora reddere possit. Vt autē retro diximus, ita nunc confirmamus, omnē cibū conuenientiam naturæ cum re nutrita habere, ita ut à calore humano & facile re gi & concoqui possit. Non omne enim pati ab omni, neq; quodcūq; in quodcūq; agere est aptū. Ideo in omnium tum metallorū tum plantarum & animalū genere sunt quadā materiæ proximæ & propriæ ex quibus generētur: non enim ex eadē uiui argenti temperatura ex qua argentū, ex eadē aurum generari est aptum, licet omniū metallorum sit una cōmunis & propria materia, quæ ita debetur metallis ut non plantis: & singula plantarū genera & animalū propria semina obtinent, unde cōuenienti ordine natura per generationē eorum substantiā attingat. Dicitur autem menstruum materia propria ex qua homo generetur, quoniā à principio gignituo transmutatum propter substantiæ propriæ inclinationē facile in hominis formam euadat. Tales enim

DE VINI NATURA

materiae proprie quiddam habent per quod cum re generanda conveniant, quiddam autem dissimile & contrarium. Agens ergo illam materiam sibi omnino assimilare intendens, quod contrarium est remouet, ita ut reliquum, quoniam symbolum est, in sui naturam facile uertat: quae enim ita se habent, facile habent a proprio agente transmutationem. Et sic uti est in generatione, ita in nutritione contingit: nutritio enim quaedam est generatio. Quamobrem sicuti non ex quolibet homo generatur, ita neque ex quolibet nutritur. Non enim solummodo ea sibi pro alimento non existunt quae fera, syluestria, et abominabilia, ut carnes crudae, foenum, arborum frondes, & quae sui natura uenosa existunt, uerum eorum etiam multis quae esibilia sunt & gustui iucunda & dulcia, tadio facile afficitur, & si diutius uescatur fastidit ac respuit. Triticum autem panis unquam mendicis & austeri nunquam, modo condimentum famis accedat, nos satietas aut tadium capit, ut potius sola haec sine omnibus

LIBER SECVNDVS. 42

omnibus alijs obsonijs ac condimentis quam caetera omnia sine ijs nobis adesse uelimus: cuius causam Aristoteles in problematibus assignat: quae enim secundum naturam pro cibo deputata homini, semper appetimus. Itaque sit ratione naturae, ut usum quoque eorum assiduum minus quam suauium fastidire possimus. Galeus igitur in libro de temperamentis, in assignanda differentia inter cibum & medicinam, & reddenda causa cur aliquid facilius a calore nostro uertuntur, hoc pro fundamento statuendum censet, scilicet quod unumquodque corporum, quandam habet temperaturam sibi propriam quae alicui conuenit, & ab alia diuerfa est: itaque si rem sibi conuenientem alteret, facile in sui naturam uertit, & propriam substantiam auget.

Vinum homini proprium esse dicitur, summamque eum sanguine nostro affinitatem habere. Cap. I X.

Conuenientiam uero eorum quae nostram substantiam facile alunt et auget, etsi ex certa partium aut proportionum aut temperaturarum noticia scire

DE VINI NATURA

4. coll. non possimus, ut ait Auerroës (Quis enim certam panis aut uini proportionem, elementorū & alterationis et temperaturā cognitionem habeat, ut ex quot, quibusq; & qualibus hæc constuantur, mensuram possit afferre, per eamq; cur homini cōuenientia sint alimēta, rationem assignare?) ex alijs tamen profecto signis experimētisq; hæc asseruare possumus: uino em̄ ut proprio alimento uti nullū ferē ab homine animal uidemus, nisi alicui animaliu id accidat uel ob cōuenientiā, quam cum homine habet, ut simiæ, aut consuetudinem, ut picæ. Sed tamen neq; his ita proprium est alimentū sicuti homini, sed quoddā condimentū, ut nobis mel aut oleum. Quin & peculiare homini hoc esse alimentū uel ex hoc coniectari licet, quod ubi uinū nascitur, mitiores magisq; temperatę sunt regiones, et similiter qui eo homines uescuntur: ubi uero nō innascitur, asperæ, syluestres, & aut nimio gelu aut ardore inhospitales: quicq; uino homines carent, effertiores

LIBER SECVNDVS. 43
tiores et immites, quasi ab humanis moribus uicūq; degeneres: qui tamen si fortē uinū aliquādo delibarent, auidius illud quā affueti regustant. Quamobrem Plinius in hanc sententiā de uino Lib. 23. inquit: Vino aluntur uires, sanguis colosq; hominis. Hoc quoq; distat orbis medius & mitior plaga à circumiectis, quantum illis feritas facit roboris, tantum nobis hic succus. Maxime uero omnium eius cum homine conuenientiam declarat multiplex in nobis uis & facultas, cum non minores ab ipso affectus morūq; diuersitas quā à sanguine quod ultimū nobis est alimentum, proueniant, ut non ab re Aristor. eum 30. sect. sanguini assimilarit. Sicuti enim sanguis alius tenuis frigidus, alius tenuissimus, alius calidus crassus, ita & uinū: & sicuti roboris efficacior sanguis est qui calidior & crassior, ita huius generis uinum, quod quidē uiris fortibus & audentioribus conueniens est alimentum. Qui uero tenuis & frigidus sanguis uim sentiendi intelligendiq; obti-

net pleniorē, cui uini id genus aptari potest quod à Theophrasto morale est appellatum, quod ait celeriter purgari cōsistereq̃, quoniā tenuius sit: morale enim ideo appellatū crediderim, quoniam his maxime cōgruat qui synceros clarosq̃ sensus, & mentem ad morum modestiā studiorumq̃ usum seruare cupiunt. Sicuti uero in sanguine optime constant quæ calidū, tenuem & syncerum habēt, quippe quæ unā & uiribus corporis & animæ ingenio plurimū ualeant, ita hominū temperaturæ id uini genus maxime competere existimauerim, quod cum caliditate humiditatem syncerā obtinet, quippe quod corpus roborare et animum reficere mirum in modum ualeat.

Vinum atræ bilis naturæ ualde conuenire, ob id summam per ipsum affectuum & morum in nobis uarietatem fieri. Cap. X.

Non minus atræ bili in eo uinū potest assimilari, quod sicuti illa natura & per habitū quendam sui participatione hominū mores & ingenia euari-

riat

riat, ita uinum uarios affectus iuxta diuersas hominum dispositiones inducit. Per atram autem bilem non intelligit Aristot. fecem illam crassam & atram humorū, quæ quotidiano uictu redundans, facit ut aliqui morbis melancholicis laborent: sed talis humoris frigiditatem, quæ cum calido ad hominis constitutionē à primordijs eius ueniens, multariam hominum naturam & mores prout multipliciter immisitā esse cōtinuat, potest euariare: hæ enim duæ naturæ, calidum inquam & frigidū, in temperaturis maxime præualēt, morumq̃ instituendorum summā uim obtinent: nec solum hoc, sed omnes appetitiones desideriaq̃ & timores & fugas per calidum & frigidū fieri idem in libro de animalium motione est autor. Atræ autem bili uinū assimilari, ex ipso flatu qui in utrisq̃ apparet iudicari potest: qui enim sunt tali habitu præditi, flatibus ut plurimum abundant, eisq̃ ægritudinibus quas flatus ciere solet, ualde molestantur, uenasq̃ turgidas nō copia sanguis

DE VINI NATURA

nis sed flatus habent. Vinum vero ipsum, magis vero nigrum quam album, & grossum quam subtile, flatus ciet, quod ex eius spuma apparet: qua ex re etiam fit ut cupiditate Veneris incitare soleat, unde & Baccho Venerem iunctam dicunt. Ex alio autem & sanguini melancholico uinum ualde assimilatur, quod cum sui subiecti natura, aquae scilicet & terrae frigidum sit, & ex calore extraneo habeat caliditatem. Sicutiatram bilem ob tenuitatem aut crassitiam diuerso modo à nostro calore incallescere aut refrigerari contingit, simili modo & uinum: quo fit, ut sicuti in illa per naturam, ita in hoc affectu quodam cõsimiles inducantur effectus: sicuti enim illic subiecta atrae bilis ex calido ad frigidum facta immutatione fit ut aliqui sibi mortem ipsi consciscant, ita & multis uinofitati detritis accidet, ut cum aut uini superfluo calore, aut eiusdem redundante humore innatus calor supra modum refrigeraretur, ipsi à seipsis adeò immutarentur, & seipsos adeò odio haberent, ut uinum cum

LIBER SECVNDVS. 45
tam cum morte cõmutarint: quod ex uini haustu non aliam ob causam contingit, quam quoniã liquor hic præceteris tantã habet hominis naturæ conuenientiam, ut cum facile in eum nosse penetret calor, summam, uel quantitate uel qualitate euariatum, mutationem in nobis informet: ex his enim naturis constat, calido scilicet aduentitio, & frigido quod merito subiecti habet, ut sicuti atra bilis à principio, prout à calore impressam esse cõtingit, totam naturam, ita hoc mores & affectus possit euariare. quod nulli alio à uino quo homo uescatur humore accidit, neque enim lacti aut aque aut oleo aut melli, iaceter quantumlibet Homerus oenopiã radicem, & barbaræ gētes uini egestate suam ceruissiam celebrent. Iure igitur Galenus de poculentis loquens, Vinum, inquit, solum de potibus nutrit, quoniã plus habet ad nostra corpora familiaritatis, quam alij omnes humores, iustaque de causa hoc priuilegium præ ceteris humoribus sortitum est, ut quidã sanguis uo-

DE VINI NATURA

Lib. 14. carimereatur. Vt enim Plinius refert, cap. 5. Androcides sapiētia clarus ad Alexandrum magnū scripsit, intemperantiā eius cohibens, Vinum potaturus rex, memento te sanguinem terræ bibere.

Ostenditur prædictis Galenum, remq; ipsam consentire. Cap. XI.

CVm igitur tantam cum humano sanguine vinum habeat affinitatem, nihil mirū si Galenus de eo dixit, quod præ cæteris cibarijs minima à nostro calore resolutione indiget, eiusq; penetratio & nutrimentū in nobis sit uelocissime, sicq; in animi defectibus propinatus, spiritus animāq; facillime recreat: cum etiam Auic. in cap. de melancholia dicat, quod sicut complexio frigiditatis & siccitatis contraria est spiritui debilitans ipsum, ita caliditatis & humiditatis, ut est complexio uini, est conueniens et corroborans, eadēq; ratione gaudium & lætitiā parit. Nam eodē Galieno teste, ubi ostendit quod animi mores corporis temperaturā sequatur, uinum quo utimur quotidie omnē animi

LIBER SECVNDVS. 146
mī tristitiam et mœrorē manifeste discutit. Zeno, ut aiunt, dicere solebat, Quē admodū lupinū amari in aqua macerati dulces redduntur, ita se uino utentem exhilarescere. quod & Teognis dicto confirmat, qui dicere solebat, Larga uini potio mala, moderata nō solum non mala, uerum etiā commoda, siquidē euidens cōcoctioni, excreuioni, & sanguinis generationi præsidium affert. Præterea animum nostrum mansuetiorem iuxtā ac audaciore reddere potest, corporis uidelicet temperaturæ interuentu, quā rursus humorū accessione perficit. Quod autē hilariores & audentiores nos uinum reddat ea causa uidetur, quod ea suppeditat quibus non solū calor quo uita constat, & anima sua munia exercet, recreatur, sed etiā pabulum unde cōseruari et excitari possit accquirit. nec minus per ipsum cōtraria excrementa expurgātur: unde in sua sinceritate uigens securitatē & gaudiū adducit, sicuti modicus & refrigeratus timorem & tristitiā affert: ea enim de causa

senes tímidores, anxijq; et trístiores. Si uero uini usus sit immoderatus, ex causis superioribus assignatis, aliquando moerorem & timorē, aliquando temeritatē et insaniam, aliquando morbos frigidos, & caloribus innati extinctionē adducit. Nos autem de uino moderato & temperate sumpto sermonem habemus, ut paulò ante ex Galeni & Theognis sententia dictum fuit. Sicut enim de saporibus gustus sanus, de coloribus, oculus mundus, de moribus autē uir sapiens & probus, ita de uino uir moderatus et sobrius debet iudicare. Cum igitur homo ceteris uiuentibus, sui præsteret temperatura, quam præ ceteris calidam & humidam habere dicitur, quod sanguinis copia sui portione attestatur, qui calidus & humidus existens, sibi ultimū est alimentum: uinum nimirū calidam & humidam temperaturam habere dicendū est, siquidē sui natura in sanguinis substantiam facillime trāsit: quo certe modo aliquid proprie esse in potetia ad aliud dicitur, scilicet cum subiectum habet ex quo

illud facile generari. Quapropter Galenus in fine terij de causis pulsuum, appositionē quam nobis uinum facit celerē esse ait, quoniam calidū sit et humidū. Quicumq; enim celerē, inquit, requirunt appositionē, his humidum medetur: quādo uero calor etiā dux est humiditatis, multo iam magis. Ex quibus patet, non per accidens, sed per se & sui substantiam nos humectare. curq; eum Galenus ex Platonis sententia, in de uirtutibus animalibus. libro pueris subtrahat, porrigat autē senibus: senes enim natura frigidi & sicci eo reari maxime debent, cuius defectu prope mortē accedunt, scilicet calido et humido, quod uinum optime suppeditat: contra pueri utpote principio generationis proximi, quoniam plurimum calidum & humidū innatū habent, & propter augmentationē ualde turbatum & feruescentem, uino retrahendi, ne nimium effervescent, & sui ebullitione simulq; uini flatu turgescens comitiali morbo enecet, in quem ob super-

DE VINI NATURA

abundantem humiditatē facillime colabuntur.

Proponitur sub qua ratione nunc de uino disputetur, & inductione declarat multiplicem eius esse in nostris corporibus potentiam exiccandi & humectandi, tum calefaciendi & refrigerandi. Cap. XII.

Nunc ad eam uini naturā accedendum, per quam medendi nostris corporibus aptitudinē habere dicitur. Hoc autem est uinū considerare ut opus postam nutrimenti habet rationē, atque cum a medicis in medēdo infirmis proponatur uel applicatur, an humectandi uel potius exiccandi obtineat facultatem. Neque enim de eius natura ut ad omnia remedia pertinet nobis est intentio, nō enim unus liber satis esset, quod Asclepiadē fecisse ait Plinius, qui quidem de dando uinū unum condidit uolumen, ab eo cognominatū, qui uero postea de uolumine illo differuerūt, innumeri. Atque ut neque fictis longēue repletis rationibus aut ambagibus retrahamus, uinum nō solum humectare & exiccare, sed etiam refrigerare

& ca=

LIBER SECVNDVS. 48

& calefacere evidentem eius opera faciunt fidem. Si enim uinum meracum largē hauriatur, non modo sitim tollit sed auget, & peruigilium inducit, ut de seruo notarij meminit Galenus, quæ *2. de locis non possunt nisi ex uini caliditate & siccitate* *2. apho. 234* *& affectis.*

Ulcerata etiā exiccat, & tumores in membris discutit, ut usu ipso comprobatur: quamobrē potentia siccum esse non ambigendū. Appetitum etiam quem caninum appellant, sui caliditate & siccitate dissoluit, utpote contrarijs pituita frigida et humidā, a qua talis proueniebat edacitas: ideo Galenus multos hoc genere famis laborantes se curasse ait, uinum ipsis abundanter exhibens ex eorum genere quæ sufficienter calefaciunt, neque enim acerbata uina talem famem sanant, siquidem neque calefaciunt, sed quæ colorē subrubrum habēt: ex quo patet nō eundem effectum omnia uina facere, neque eundem affectū ab omni uini genere sanari. Quod uero et humectandi & refrigerandi nō minus habeat facultatem, ex

DE VINI NATURA

multis patet ægritudinibus, in quibus ad hunc usum accommodatum propinamus. Nam & uigilantibus & tristibus & sollicitis & febrilentibus quoddam uini genus idem se concedere nos docet, in octauo de morbis curandis, ubi dicit: Vinum uero cognoscis utiq; alicubi & tu dantem me omnibus. huiusmodi naturis, quod aquosum & uisu & uirtute: melius enim aqua hoc uinum per omnia digestionibus auxilians, & sudores promouens. Manifestum autem est quod Hippocrates non solum in ephemeris febris, sed in acutis dans est uinum, ex his quæ de ratione uictus in acutis scribit. Nec minus in his quæ in arte parua ad Glauconem scribit, hanc sententiam confirmat dicens: Qui uero ex uigilijs uel alio quo animæ affectu febricitant, postquam balneaueris, cibo humido ac boni succi reficere expedit. Vinum uero his qui uigiliam passi sunt intrepide offerre, nisi caliditate dolore premantur, aut pulsum uentris in temporibus sentiant. Liqueat etiam quod in alijs eadem cauenda sunt, sed &

L I B E R S E C V N D V S. 49
sed & ipsi qui ira aut mœrore aliquo aut cogitatione febricitant, uinum est exhibendum: et qui furore perciti fuerint, quando omnino ab effectu quieuerint. Deum omnes medici uinum ethicis consumptis & melancholicis competere asserunt firmant suæ merito humiditatis, ut facile patere possit quod sicuti merito siccitatis humidis ægritudinibus conuenit, ita siccis merito humiditatis: intimam enim adeo habet humiditatem ut non solum digerendo per eam alteret, sed etiam digestum, quoniam nutritioni conuenit, diu multumque retineat: eo autem modo imprimis prout qualitati actiuae coniunctam esse contigerit. Illud autem alicui distemperiei optime medetur, quod ei & merito cibi & medicinæ aduersatur, in illis præsertim ægritudinibus, quæ aut innatam humiditatem præter naturam consumunt, aut eius defectu proueniunt: medici enim munus est non tantum præternaturales ægritudines remouere, sed etiam innatam corporis nostri substantiam fouere & recreare. Quæ

DE VINI NATURA

deo recensui superuacua omittēs, non quo hęc medicis ignota esse putem, sed cum hęc ab omnibus medicæ artis autoribus uerissima concederentur, ut aliquid quando appareat fieri nō posse ut quisequam omnes uini in nobis effectus ad solam caliditatē & siccitatem, aut solam caliditatē et humiditatē redigere possit. Medicus enim cum sit artifex sensatus, rerum effectus debet cōsiderare, quos ut in pluribus in nostrū corpus sensibilibiter inducūt. Nam qui medice loquendo uinū tantūmodo calefacere & excicare, aut tantūmodo humectare & calefacere contendere uoluerit, in multos errores & ineptias incidat necesse est: quod ex eo maxime patebit, si quem ea legere nō tædebit quæ ab his dicuntur, qui omnino calidum & siccum pertinaciter defendunt.

¶ Medicum ex diuersis uinorum effectibus ea specie distinguere. Cap. XIII.

Cum igitur medicus rerū effectus consideret & proprietates nisi in ordine ad sanitatem quam aut seruare

aut

LIBER SECVNDVS. 50

aut inducere intendit, cum uiderit ab eadem natura diuersos effectus nec in unum reducibiles prouenire, talem naturam specie iuxta effectuum diuersitatem diuidet: licet philosophus naturalis specie eandē esse asseueraret. Quapropter optimus Galenus tot diuersa uinorum opera inspiciens, uina specie inter se dissidere asseuerauit, in eo libro qui de cacochymia inscribitur, ubi inquit: Est autem maxime quidē in uinis differentia secundū speciem cōsiderantibus, ut dictum est, modica uero in alijs. neque enim inuenies unquā leniorem uel caulem humectantem, sed minus quidem alium alio siccantē, humectantē autem nullum. Adhuc autem nequaquā inuenies aliquam cepearum uel porrorū uel aliorū magis in frigidare, sed magis uel minus calefacere: nec etiam lactucā calefacere, neque atriplicē uel blitū uel portulacam, nec etiā quod magis & minus magnā habeat in ipsis differentia. Inter uina autem quod dixi antiquissimū à laetis uocari Cæcubū, in tantū ab albo

DE VINI NATURA

simul & austero & iuueni & crasso disferunt, ut hoc quidē sufficienter ualde calefaciat, illud uero sensibilibiter infrigidet. Idem in tercio de ratione uictus in morbis acutis Hippoc. Galenusq; obseruarunt, ubi uinorum differētiā mēdica ratione declarant: necnon in libro de curandis morbis, docens curare synocopim uini medela, diuersa uinorū genera enumerat, quibus apte iuxta synocopis causam uti possit: alijs enim utemur in ea quæ à crudis & crassis humoribus prouenit, alijs uero in ea quæ à cholericis & subtilibus. Vinorum igitur uirtutes medicus iudicare & admistrare iuxta discrasia humanorū corporum in qualitatibus debet.

Omne uini genus respectu diuersorum hominum naturam tum cibi tum medicine rationē habere posse, uinumq; magis quā aquam sitim extingueret. Cap. XIII.

Quod ut latius pateat, his quæ dicta sunt annexendū, omne illud pro medicamēto accipiendū uel quod naturalem temperaturā sensibilibiter alterat,

LIBER SECVNDVS. *Si* terat, uel quod extraneā & alienam remouet. Fieri autem accidit ut quod uni naturæ conuenit & eius respectu est ciuis, alteri discōueniat, eidemq; sit medicina: quo certe modo facile fit, ut omne uinum ad alium & alium, uel eisdem uel alterius regionis hominē comparatum, & cibus & medicina existat. Videmus enim singulos homines quædam uinorū genera magis amare quā alia, eisdemq; ad quotidianū uitæ usum frui, quæ si forte mutauerint, aut capitis dolore premuntur, aut in peruigium incidunt, aut stomachantur, ut non ab re à Plinio dicitur: Diui Augusti iudiciorum ac palati peritissimum ē libertis censurā uini in epulas eius facientem, dixisse hospiti de indigena uino, nouū quidem sibi gustum esse eum, atq; non ex nobilibus, sed Cæsare nō aliud potaturū. Ex hoc igitur facile fit, ut quæ respectu quorundā calefacere et sitim inducere dicuntur, alios refrigerare et nutrire commode possint, ut Aristot. in 17. sect. proble. uiris fortibus accidere ait. Hi prob. 4.

DE VINI NATURA

enim magna ex parte uini potētis sunt appetētes, & sui natura uinofi, quodq; alios uinum in flāmaret, eos refrigerat. Hoc igitur modo uinum medicinā esse concederetur, & alios humectare, alios exiccare, alios refrigerare, aliosq; calefacere, iuxta tum uinorum tum bibentium temperaturā. Si tamē quis eo congrue utatur, magis humectare & sitim tollere quā aqua apparet: cum enim uera sitis ex defectu humiditatis in mēbris proueniat, ut membra à uenis, hæ ab hepate, hepar à stomacho, stomachus ab ore refrigerari desideret, eo potissime sitim leuari contingit, unde humor mēbris membrorūq; organis conueniens generetur. Hinc illud Hippocratis, Qui noctu bibere appetunt, his admodū sitientibus si superdormierint bonū: quod non aliā ob causam, quā quoniam cibaria ingesta per somnum concoquantur, ex quorū concoctione turgentus sanguis sitim leuat. Vt enim dicitur in libro de simpl. sitis duplex, alia ex propria humiditatis defectu, alia ex

1.lib.apho.

27.

.e.4.6.

LIBER SECVNDVS. 32

caliditatis excessu, quam in multa effluuescentium humorū copia nos aliquando cruciare contingit, & hanc quidem acetū aqua cōmistum refrigerat, uiniq; actualis humiditas & frigiditas uidetur lenire. Naturalē autem quæ ex proprij alimentī defectu prouenit, unde calor innatus in minori humido cōsistens magis acuitur, magisq; excalescit, uinum accommodate propinatū præsentaneē leuat refrigeratq;. Quāobrem & Hippocrates & Aristotel. dicunt magis quā aquam refrigerare. Hippoc. in primo regi. acut. Si egritudo, inquit, siccor fuerit quā oportet, necesse est ut bibat uinum aut hydromel. quo ex loco dicit Gale. pluris esse humectationis quā aquā. Et in tertio eiusdē operis libro de aqua loquens, neq; sitim sedare ait, sed amarescere. Aristot. autē proble. paulò antè citato ait: Vinū etsi natura calidū, & sitim tamen amplius quā aqua extinguere potest. Sed quid ego Hippoc. Arist. & Galenū in testimoniū accerso, cum usu quotidiano hoc experiamur?

*Signatur & alij modi, quibus contingit uinum uini
medicamenti habere. Cap. XV.*

Sunt & alij modi quibus uino pro
medicina uti cōtingit: nam uinum
merum syncerūq̄ habet, teste Dioscori
de, sui caliditate contra multa uenena,
præcipue frigida, singulare auxiliū, si li-
beraliter poterit, ut contra assumptā ci-
cutam, coriandrū, pharicū, ixiā, me-
conium, argēi spumā, taxum, aconita,
fungos ue: contra serpentū morsus &
omniū ictus quæ refrigerando necant.
Hic igitur alius modus est secundum
quem cōtingit uino ob sui caliditatē ut
medicamento uti. Nec solū contra ue-
nena est medicamentū, sed in uinorum
generibus est inuenire quorū alia sto-
macho, alia uescæ, alia renibus, alia ca-
piti, alia hepatis mederi possunt. Præci-
pue autem eo uini genere ad medica-
menta utimur, quod ob suarum quali-
tatum excellentiā remotum est à uictu
humano, ut inueteratū Falernum, quo
in uictu quotidiano nemo sanus uti pos-
set. Tali igitur & consimilis generis uis
no aut

LIBER SECVNDVS. 53
no aut pro condimento, aut pro medi-
camento utimur. Sunt et alia multa ui-
norū genera non syncera, quæ ars atq̄
hominū in aduersis industria & solertia
ad lōgas ægritudines prauosq̄ corpo-
rum affectus reperit, ut quod bixon, et
picatū, gipsatū, omphacites, melitites,
palmeum, absinthites, et cōsimilia, quæ
apud suos autores est legere. Sed hæc ui-
norum genera nobis præsidio sunt non
tam aliqua sui qualitate, quàm rerum
quæ unā cum illis per ebullitiōē com-
mistæ propriā impresse uirtutē. Neq̄
ad usum medicinæ silentio prætereun-
dum, quod Plinius theriacale uinū ap-
pellat, non quidē à uinosa qualitate, sed
potius ab aliqua superaddita hoc priui-
legio donatū, ut contra serpentū ictus
miro auxilio polleat. Cōsimili quidem
ratione & multis alijs uinorum generi-
bus certas inexistere proprietates cre-
dendū. Si igitur uini experimētum ex
eius remedijs quisquam obserauerit,
omnium qualitatū erga nos facultatem
proculdubio ei concedet: quædā enim

DE VIN . NATURA

uina acerbata frigiditate & exsiccare in se-
cundo de uictus ratione Hippoc. dixit,
quædam manifeste calefaciunt et hume-
stant, quædam exsiccant & calefaciunt,
quædam autem et refrigerare & hume-
stant sentiuntur, ita ut intra medicinæ
limites stantibus, superuacuum sit discer-
pere, ne dicam obstinate uelle tueri, om-
ne uini genus calefacere & exsiccare.

*Examinatur quædam ratio, per quam aliqui uinum
omnino potentia siccum argumentantur, quo-
niam ulcera siccet. Cap. XVI.*

Reliquum est ut examinemus, quan-
tum illud ualeat experimentum
Lib. 1. de quod ex Galeno accipientes turissimum
Simpli. c. 2. & certissimum ad probandam uini siccita-
tem argumentum putat: ut enim ille per
acuti exteriorē applicationē uel infusio-
nem uel fortim in quocumque corpore tem-
perato uel distemperato refrigerationē
inducere declarat, sic nos in uino offen-
dere possumus. Apparet autem ulcera
uino perfusa aut foras exsiccare, eodēque
tumores discuti. Nec minus idē in uul-
neribus operatur: unde in tertio artis
curatiuæ

LIBER SECVNDVS. 34
curatiuæ ait uinum optimam medicinam
esse omnium uulnerum, in eo quod uul-
nera sunt. Cum uero uulneribus atque
ulceribus humida non conueniant, om-
ne enim uulnus, ut idem Gale. ex Hip 4. *ortia*
pocratis sententia promulgat, exsiccare
debet, si uinum humidum sit facultate,
uulneribus minime conueniret. fateri
igitur oportet, sui natura uim nisi exsic-
candi corpora nostra habere. At primū
quidem istud eos mihi negaturos non
credo, quod licet uinum potentia exsiccet,
nihil tamen prohibere ut simul actu sit
humidum. Deinde ne quidem hoc recu-
satos scio, quod abluere, lauare, sunt
effectus humidi, ideo enim in sinibus
& saniosis uulneribus congruit, quo-
niam lauando simul exsiccationem re-
linquit. Cum igitur hic sint duo effe-
ctus, siccitatis scilicet impressio quæ re-
linquitur in ulcere, & ablutio, non ex eo
quod abluendo siccitas quædam imprimi-
tur, inferri simpliciter debet esse poten-
tia siccum, uel potius siccum quam humidum,
cum non minus lauet quam exsiccet, nec

minus id abstergendo præstare possit aut lauâdo, sicuti serum & urina, quàm exiccando. Deinde non omne uini genus aptum est ulcera siccare, non enim dulce tenue uel aquosum sine stypticitate, aut acerbitate hoc efficit, sed nigrum austerū acerbum uel & crassum: quapropter ex hoc inferri non debet, omne uinum potentia exiccare. Fieri etiam accidit ut partes astringētes propter ulceris forditiem & carnis texturam, prius faciliusquē uillis cohæreât, unde transitus & penetratio tenuioribus partibus prohibeatur, ita ut prius exiccationis quàm humectationis opera appareat: tenues autem & humidiores dilabantur, nec impressionē faciant, eoquē magis quod facilius sit humida desiccare, quàm siccata humectare. quãobrem inferri nō debet, ab hoc uini genere in hoc ulcere prouenit siccatio, ergo potentia simpliciter siccum: sed solum, ergo in ipso aliqua potentia est ut exiccet: alioqui cōmittitur fallacia à secundum quid ad simpliciter. Adde quod contra

git in

git in uino, sicuti ex Gale. sententia re= In. 3. ct. 4. tro diximus, in alijs etiam rebus reperi de simpl. ri, scilicet ut in una simplici medicina plures uirtutes uel contrarias inueniamus. Cum igitur uino plures insint facultates, astringens uis primo sese detegit & opus suum peragit, quam gustu in omnibus ferè uinorū generibus percipimus, ut Galenus declarat dicēs: *Vinum dulce secundum gustandi qualitatem nominatur, qua & austerū & acre, ut aquosum prætermittamus, quod nō omnino ab astringente degenerat, tam etsi languidā exolutamquē habeat astringendi qualitatem. Nam si aquæ comparaueris, percipies manifeste ex ea comparatione gustum huiusmodi uinorum eorum esse quæ modicam nacta sunt astringentiam. Cum igitur eodē Gale. In prin. 4. teste reliqua membra corporis de im= de simpl. pressione consequantur simile ei quod consequitur lingua, eam ob causam fit ut corporis partes aut uulnus aut ulcus patientes quontiam leuem in uino aternationē faciunt, à prima & quæ præ-*

*3. de ratioa
ne uict. in
act.*

DE VINI NATURA

ter primas magis in promptu est qualitate scilicet alfringente alterentur. At si contigerit ut vis potentior caloris naturalis sese in uinum inserat, ipsumque per omnes sui alteret partes, tum humidarum partium copia & uis nec non reliqua sese ostentabunt uirtutes, quæ antecedentia prima illa partium constipationum cōstrictione quasi quodam septo & munimine præpediebantur, certior enim quam membra extrinseca iudex est intimus calor in iudicanda uini natura, & an siccet uel humectet, quippe quod magis penetrans, uinoque in omnes sui partes elementaque resolutu, calidum humidumque dominari, & maximum nobiscum consanguinitatem habere discernat.

¶ Ostenditur alijs rationibus, non recte inferri posse ex ulcerum à uino exiccatione, quod uinum per

se sit siccum. Cap. XVII.

SEd age quæso ulterius quantum ualeat hoc experimentum inuestigamus. Si uinum uis sua styptica siue acerbata exiccat, & sine mordacitate, de facto sequitur

LIBER SECVNDVS. 156

sequitur ut sit frigidum: tales enim fautores Galen. frigiditati attestari declarat, ob debilem calorem tenui & terre stri humiditati coniunctum: quomodo igitur hoc experimentum cum uini caliditate constabit? Vel si talis stypticitas uinum simpliciter esse frigidum non infert, ita neque inferet uim simpliciter siccandi habere. Quod si uinum quo ad hulceris siccationem utimur, uim astrictoriam solam puramque non habet, sed cum mordacitate, tum inquit

Gale. non simpliciter experimento iudicandum esse quod per uim stypticam siccet, nam caliditatem etiam contemperatam habet quæ non minus potest exiccare: imò ut dixit in tertio, res subtiles calidæ sine aliqua stypticitate non minus possunt siccare quam res multæ stypticitatis, quoniam resoluunt ex corporibus quibus occurrunt humiditatem, absque eo quod aliam adiungant.

Quid, quod cum aliqua res cum multis partibus subtilibus paucam habuerit stypticitatem, non solum illa styptica

3. or. 4. de simpl.

4. de simo. pli. cap. 5.

citās non siccāt, imò partes subiles hu-
midas ad magis penetrandum magisq̃
humectandum sui quadam coactione
& propulsione adiuuat: ut de oleo ro-
3. de simp. sato Galenus subtiliter declarat.

*Siccandi effectum non posse uini siccitati per
se attribui. Cap. X V I I I.*

NEq̃ uideo quo modo defendi pos-
sit, uinū merito suæ siccitatis per
se siccare, & non uicilitatis aut frigi-
ditatis. Cum enim siccare primarū qua-
litate sit proprium, atq̃ actiuarū, scie-
licet caliditatis & frigiditatis, quomo-
do ex effectu siccationis quæ in ulceri-
bus apparet inferre possunt, uinum ca-
lidum esse & siccum, & nō calidum &
humidum: cum caliditas æque siccare
possit & sitim inducere, si cum humido
iuncta fuerit, ut in elixationibus appa-
ret, in quibus calidum humidū suis par-
tibus calidis & subtilibus per rem quæ
decoquitur penetrando exiccat: mul-
taq̃ sitis fit in febrētibus ubi multa hu-
morū copia seruet, cui generi sitis Gas-
lenus

Galen. optimum auxilium esse inquit
acetum aqua commistum, quod refri-
gerat & exiccat. Amplius quo modo
per siccationem magis potentia siccum
quàm calidū arguere possunt: An non
calidum in humidum proprium agen-
do exiccat & seipsum destruit, unde
eius marcescentia prouenit, & nimiae
uinofiatī indulgentibus ob uini calo-
rem arefcere, & deniq̃ uitam finire con-
tingit: Nōne & Galen. in secundo &
tertio de ratione uictus in morbis acu-
tis, uinum sui caliditate siccare ait, cum
dicit: Meracum uero palpitationē tem-
porum, capitis grauitatem, & sitim in-
ducit, idq̃ caliditate. In tertio autē, Via-
num dulce, inquit, mediocriter calefa-
cere uidetur, sitimq̃ facit, tum propter
caliditatē, tum propter crassitiem. Qua
propter cum Gale. in octauo de simpl.
uinum calidum esse inquit, eiusq̃ calia-
ditati siccitatem pro portione respon-
dere, non aliam ob causam dixisse cre-
dendum, quàm quoniam per calidita-
tem desiccet. Quod ne tibi mirum ui-

deatur, considera quæ ab Aëtio abrotino ascribunt: cum enim uim nullā habeat astringendi, in tertio tamen ordine calidum & siccum ponitur: in alijsq̄ ita reperitur quæ excellentem habent caliditatem, ut eis siccitas merito caliditatis attribuat. Quomodo enim si siccitas sine frigiditate aut caliditate sit, poterit per se exiccare: cum & secundo de generatione & corruptione, & quarto Meteor. siccitas & humiditas sint qualitates solum passiuæ, caliditas autem & frigiditas actiuæ, quo fundamento Aristot. utitur ad rationem reddendā omnium affectuum qui mixtis hominibus in terra & aqua proueniunt, coagulari enim & liquari, durescere, mollescere, crassescere, terminari, uniri, & alia quæcunq̄ ab his, omnia à calido & frigido in subiectis humidis & siccis proueniunt, ut Aristot. in principio quarti Meteor. tum inductione, tum ex ipsa congregandi & segregandi ratione demonstrat. Ignis enim propriū congregare homogenea & segregare heterogenea:

genea: frigidū uero non solum homogenea, sed etiam heterogenea congregare: cōgregare autem & segregare actionem significant, quamobrem & exiccant & humectant, & mollescunt & indurant. Humectat quidem calor liquidus, frigidum uero uaporosum in aquā cogendo: exiccat uero tum interius tum alienus calor, & si paucum calidum sit, frigus simul cum humido calidum exprimendo & faciens euaporare: quæ quidē opera non per accidens calido & frigido, sed per se cōueniunt, alioqui Aristot. horum effectuum causa per accidens usus fuisset, nec inductione aut ratio à definitione terminorū sumpta ualeret. Ideo Auer. in sua quarti Meteor. paraphrasi siccitatem à calido primo, & per se produci ait, humidum uero & siccum rationem habent passiuam, scilicet facile terminabile & difficile terminabile. Quæ cum ita se habeant, quomodo quis uinum siccitatem in nobis per se efficere, & non ratione caloris, sanè potest existimare: et quomodo

DE VINI NATURA

non illi ridendi sunt, qui uinum sitim facere et ulcera exiccare per siccitatē proprie & per se, & non merito caliditatis, audacissime asseuerant:

Assignatur ratio diuersitatis autorum in uini natura, curq; multi calidæ & siccæ potētiae dixerint:

atq; operi finis imponitur. Cap. XIX.

Sed quoniam medicorum plurimi uinum exiccare dicunt, reddenda est ratio cur tot clarissimi autores in hoc conuenerint, ut potius calidum & siccum appellent. Cum enim uinum & alimentum & medicinæ subbeat rationem, & eam quidem qua medicamentū dicitur assequatur ut hominis temperaturam alterat eiq; aduersatur, eam uero quæ cibi ut ei congruit & facile in nosse substantiam uertitur, factum est ut medicinæ autores de uino loquentes ut medelam præstat locuti fuerint extrema potius quam medium respicientes, & magis effectus qui in humano corpore apparent, quam ueras causas obseruantes. Quoniã igitur in usum medicamentum potius uenit uinū meracum & potens

LIBER SECVNDVS. 59

& potens cum quid uolunt calefacere & exiccare siue interius siue exterius, ideo potentia calidum & siccum appellant. Huic omnino opponitur uinum album pauciferum parum habens uinositatis, neque uini nequaquam noxas continens, quod ob sui refrigerationem & humectationem etiam febrientibus conuenit, de quo Galenus 3. reg. 46. dixit quod naturæ beneficio hominum consulenti saluti tale uini genus omnibus regionibus inueniatur, adeo ut etiã in Aegypto quæ calidissima est. Cum autem illud merum magis uini naturam retinere uideatur quam hoc album pauciferum, hinc factum est ut medicinæ autores ad hoc magis etiam ob sui acuitatem respicientes, uinum calidum & siccum potentia dixerint, cum tamen si ad eius omnia genera respiciamus, nulla primarū qualitatum sit per quam uini beneficio nostris corporibus medela non adhibeatur. At si eorum ordine contemplemur, procul

b ;

DE VINI NATURA
dubio humidum in eo superare & ad-
uentitiam caliditatem habere refragari
non possumus; homini uero est alimen-
tum per convenientiam humidæ calo-
rificæq; substantiæ, qua in ratione ad-
uinum temperatum maxime respicere
oportet. De uini igitur naturali tempe-
ratura, deq; eius alendi medendiq; po-
tentia dicta sufficiant.

BASILEAE, APVD
Ioan. Bebelium

1535